Sin ad spiralem secunda circumactione descriptam a principio spiralis lineae ducuntur, eandem rationem inter se habebunt, quam arcus, quos commemorauimus [prop. 14], adsumpto toto circuli ambitu.

sit spiralis, in qua sit linea *ABΓΔΘ*, ita ut *ABΓΔΘ* prima, *ΘΛEM* secunda circumactione descripta sit. et ducantur ad spiralem lineae *AE*, *AΛ*. demonstrandum, habere lineam *AΛ* ad lineam *AE* eandem rationem, quam arcus *ΘKZ* adsumpto toto circuli ambitu ad *ΘKH* adsumpto toto circuli ambitu.

nam quo tempore[1]) punctum *A*, quod in linea fertur, lineam *AΛ* permeat, etiam punctum *Θ*, quod in ambitu circuli fertur, et totum circuli ambitum et praeterea arcum *ΘKZ* permeat, et rursus [quo tempore] punctum *A* lineam *AE* permeat, etiam punctum *Θ* totum ambitum circuli et praeterea arcum *ΘKH*,

1) Ut foeda uitetur anacoluthia (lin. 26 sq.), fortasse praestat lin. 22: ἐν ἴσῳ γάρ.

uulgo. 14. ἅπαξ λαμβανομένας? 15. *ABΓΔΘEΛM* Torellius. 17. ποτιπιπτωντι F; corr. B. 18. εχωντι F; corr. Torellius. 20. ποτί] προς per comp. F; corr. Torellius. 23. καὶ τὸ Θ] κατα το E F; corr. Torellius.

αὐτὸ αὑτῷ φερόμενον. δῆλον οὖν, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ἁ $ΑΛ$ γραμμὰ ποτὶ τὰν $ΑΕ$, ὃν ἁ $ΘΚΖ$ περιφέρεια μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας ποτὶ τὰν $ΘΚΗ$ περιφέρειαν μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας.

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον δειχθησέται, καὶ εἴ κα ποτὶ τὰν ἐν τᾷ τρίτᾳ περιφορᾷ γεγραμμέναν ἕλικα ποτιπεσῶντι εὐθείαι, ὅτι τὸν αὐτὸν λόγον ἑξοῦντι ποτ' ἀλλάλας, ὃν αἱ εἰρημέναι περιφερείαι μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας δὶς λαμβανομένας. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ποτὶ τὰς ἄλλας ἑλίκας ποτιπιπτούσαι δεικνύνται, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον, ὃν αἱ εἰρημέναι περιφερείαι μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας τοσαυτάκις λαμβανομένας, ὅσος ἐστὶν ὁ ἑνὶ ἐλάσσων ἀριθμὸς τᾶν περιφορᾶν, καὶ εἴ κα ἁ ποτιπίπτουσα ἁ ἑκατέρα ποτὶ τὸ πέρας τᾶς ἕλικος πίπτῃ.


ιϛ'.

Εἴ κα τᾶς ἕλικος τᾶς ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας εὐθεῖα γραμμὰ ἐπιψαύῃ, καὶ ἀπὸ τᾶς ἁφᾶς εὐθεῖα γραμμὰ ἐπιζευχθῇ ἐπὶ τὸ σαμεῖον, ὅ ἐστιν ἀρχὰ τᾶς ἕλικος, ἃς ποιεῖ γωνίας ἁ ἐφαπτομένα ποτὶ τὰν ἐπιζευχθεῖσαν, ἀνίσοι ἐσσούνται, καὶ ἁ μὲν ἐν τοῖς προαγουμένοις ἀμβλεῖα, ἁ δὲ ἐν τοῖς ἑπομένοις ὀξεῖα.

ἔστω ἕλιξ, ἐφ' ἇς τὰ $Α$, $Β$, $Γ$, $Δ$, $Θ$, ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένα. καὶ ἔστω τὸ μὲν $Α$ σαμεῖον

2. εχωντι F; corr. Torellius. γραμμαν F. 8. ὅτι] om. F; corr. Nizzius. 12. εχωντι F; corr. Torellius. ἁ ειρημενα περιφερεια F; corr. Torellius. 14. τοσαυτας F; corr. Torellius. ἑνί] ἐν F; corr. B; om. ed. Basil.; „uno minorem“ Cr. 18. τη πρωτη F; corr. Torellius. 22. εσουνται F, uulgo. 23. προαγομενοις F, uulgo.

utrumque sibi ipsum aequabiliter, permeat. adparet igitur, eandem habere rationem $\Lambda A : AE$, quam arcus $\Theta KZ$ cum toto ambitu circuli ad arcum $\Theta KH$ cum toto ambitu circuli [prop. 2].




et eodem modo demonstrabimus, etiam si ad spiralem tertia circumuolutione descriptam lineae ducantur, eas eandem inter se rationem habituras esse, quam arcus, quos significauimus, cum toto ambitu circuli bis sumpto. et eodem modo etiam lineae ad ceteras spirales ductae eandem rationem habere demonstrabuntur, quam arcus, quos significauimus, cum toto ambitu circuli toties sumpto, quoties indicat numerus uno minor [numero] circumactionum, etiam si altera linearum ductarum in terminum spiralis incidat.


## XVI.

Si spiralem prima circumactione descriptam linea recta contingit, et a puncto tactionis ad punctum, quod principium spiralis est, linea recta ducitur, anguli, quos linea contingens cum linea ad eam ducta efficit, inaequales erunt, et angulus, qui in praecedentibus est, obtusus erit, angulus autem, qui in sequentibus est, acutus.

sit spiralis, in qua sint puncta $A$, $B$, $\Gamma$, $\Delta$, $\Theta$, prima circumactione descripta. et sit punctum $A$ principium

ἀρχὰ τᾶς ἕλικος, ἁ δὲ *ΑΘ* εὐθεῖα ἀρχὰ τᾶς περιφορᾶς, ὅ τε πρῶτος κύκλος ὁ *ΘΚΗ*. ἐπιψαυέτω δέ τις εὐθεῖα γραμμὰ τᾶς ἕλικος ἁ *ΕΔΖ* κατὰ τὸ *Δ*, καὶ ἀπὸ τοῦ *Δ* ἐπὶ τὸ *Α* ἐπεζεύχθω ἁ *ΔΑ*. δεικτέον, ὅτι ἁ *ΔΖ* ποτὶ τὰν *ΑΔ* ἀμβλεῖαν ποιεῖ γωνίαν.

γεγράφθω κύκλος ὁ *ΔΤΝ* κέντρῳ μὲν τῷ *Α*, διαστήματι δὲ τῷ *ΑΔ*. ἀναγκαῖον δὴ τούτου τοῦ κύκλου τὰν μὲν ἐν τοῖς προαγουμένοις περιφέρειαν ἐντὸς πίπτειν τᾶς ἕλικος, τὰν δὲ ἐν τοῖς ἑπομένοις ἐκτὸς διὰ τὸ τᾶν ἀπὸ τοῦ *Α* ποτὶ τὰν ἕλικα ποτιπιπτουσᾶν εὐθειᾶν τὰς μὲν ἐν τοῖς προαγουμένοις μειζόνας εἶμεν τᾶς *ΑΔ*, τὰς δὲ ἐν τοῖς ἑπομένοις ἐλασσόνας. ὅτι μὲν οὖν ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν *ΑΔ*, *ΔΖ* οὐκ ἔστιν ὀξεῖα, δῆλον, ἐπειδὴ μείζων ἐστὶ τᾶς τοῦ ἡμικυκλίου. ὅτι δὲ ὀρθὰ οὐκ ἔστι, δεικτέον οὕτως· ἔστω γάρ, εἰ δυνατόν, ὀρθά. ἁ ἄρα *ΕΔΖ* ἐπιψαύει τοῦ *ΔΤΝ* κύκλου. δυνατὸν δή ἐστιν ἀπὸ τοῦ *Α* ποτιβαλεῖν εὐθεῖαν ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν, ὥστε τὰν μεταξὺ τᾶς ἐπιψαυούσας καὶ τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας εὐθεῖαν ποτὶ τὰν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ἁ μεταξὺ




---

2. πρωτος οσ F. 3. ΔΕΖ F, uulgo. 7. τῷ] τᾷ Torellius. 10. τάν] τα F; corr. BC.* προαγομενοις F,

spiralis, linea autem *AΘ* principium circumactionis, et primus circulus *ΘKH*. contingat autem linea recta *EΔZ* spiralem in puncto *Δ*, et a puncto *Δ* ad *A* ducatur linea *ΔA*. demonstrandum, lineam *ΔZ* cum linea *AΔ* obtusum angulum efficere.

describatur circulus *ΔTN*, cuius centrum sit *A*, radius autem *AΔ*. itaque necesse est, huius circuli ambitum, qui in praecedentibus est, intra spiralem cadere, qui in sequentibus est, extra, quia linearum ab *A* ad spiralem ductarum quae in praecedentibus sunt, maiores sunt linea *AΔ*, quae in sequentibus sunt, minores. angulum igitur lineis *AΔ*, *ΔZ* comprehensum acutum non esse, adparet, cum maior sit angulo semicirculi.[1]) rectum uero eum non esse, ita demonstrandum est: sit enim, si fieri potest, rectus. itaque linea *EΔZ* circulum *ΔTN* contingit [Eucl. III, 16 πόρισμα]. fieri igitur potest, ut ab *A* linea ad lineam contingentem ducatur, ita ut linea inter contingentem et ambitum circuli posita ad radium circuli minorem rationem habeat, quam habet arcus inter punctum tactionis et lineam ad contingentem

1) H. e. angulo inter lineam *AΔ* et arcum *ΔPT* comprehenso, qui maior est quolibet acuto angulo rectilineo (Eucl. III, 16); quare cum hic angulus pars sit anguli *AΔ*Z, adparet, hunc acutum certe non esse (Eucl. I κοιν. ἐνν. 9).

uulgo. 18. ευχθειαν F. 22. των *AΔ*Z F, uulgo. 23. ορθη F; corr. Torellius. 24. οὕτως] per compendium paulo insolentius scriptum F; ὄν B, ed. Basil., Torellius. ορθη. ῾ F; corr. Torellius. 26. ἀπό] ἀ F.

τᾶς ἀφᾶς καὶ τᾶς ποτιπιπτούσας περιφέρεια ποτὶ τὰν δοθεῖσαν περιφέρειαν. ποτιπιπτέτω δὴ ἁ *ΑΙ*. τεμεῖ δὴ αὐτὰ τὰν μὲν ἕλικα κατὰ τὸ *Λ*, τὰν δὲ τοῦ *ΔΝΤ* περιφέρειαν κύκλου κατὰ τὸ *Ρ*. καὶ ἐχέτω ἁ *ΡΙ* εὐθεῖα ποτὶ τὰν *ΑΡ* ἐλάσσονα λόγον τοῦ, ὃν ἔχει ἁ *ΔΡ* περιφέρεια ποτὶ τὰν *ΔΝΤ* περιφέρειαν. καὶ ὅλα ἄρα ἁ *ΙΑ* ποτὶ τὰν *ΑΡ* ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ *ΡΔΝΤ* περιφέρεια ποτὶ τὰν *ΔΝΤ* περιφέρειαν, τουτέστιν ὃν ἔχει ἁ *ΣΗΚΘ* περιφέρεια ποτὶ τὰν *ΗΚΘ* περιφέρειαν. ὃν δὲ ἁ *ΣΗΚΘ* περιφέρεια ποτὶ τὰν *ΗΚΘ* περιφέρειαν, τοῦτον ἔχει ἁ *ΑΛ* εὐθεῖα ποτὶ τὰν *ΑΔ*. δεδείκται γὰρ τοῦτο. ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ *ΑΙ* ποτὶ τὰν *ΑΡ*, ἤπερ ἁ *ΛΑ* ποτὶ τὰν *ΑΔ*· ὅπερ ἀδύνατον. ἴσα γὰρ ἁ *ΡΑ* τᾷ *ΑΔ*. οὐκ ἄρα ἐστὶν ὀρθὰ ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν *ΑΔ*, *ΔΖ*. δεδείκται δέ, ὅτι οὐδὲ ὀξεῖα. ἀμβλεῖα ἄρα ἐστίν. ὥστε ἁ λοιπὰ ὀξεῖά ἐστιν. ὁμοίως δὲ δειχθησέται, καὶ εἴ κα ἁ ἐπιψαύουσα τᾶς ἕλικος κατὰ τὸ πέρας ἐπιψαύῃ, ὅτι τὸ αὐτὸ συμβησέται.

ιζ'.

*Καὶ τοίνυν εἴ κα τᾶς ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας ἕλικος ἐπιψαύῃ ἁ εὐθεῖα, τὸ αὐτὸ συμβησέται.*

ἐπιψαυέτω γὰρ ἁ *ΕΖ* εὐθεῖα τᾶς ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας ἕλικος κατὰ τὸ *Δ*, καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον κατεσκευάσθω. ὁμοίως δὴ τᾶς τοῦ *ΡΝΔ* περιφερείας κύκλου τὰ μὲν ἐν τοῖς προαγου-

1. περιφέρεια] scripsi; περιφερειας F, uulgo. 6. *ΔΤΝ* Torellius. 9. *ΗΚΘ*] *Η* supra scriptum manu 2 F. 14. *ΑΔ*] *ΑΔ*, μείζων δὲ ἁ *ΙΑ* τᾶς *ΑΛ* Commandinus, Torellius, Nizzius. ορθη F; corr. Torellius, ut p. 68 lin. 3, 4. 15.

ductam positus ad datum arcum [prop. 5]. ducatur igitur ad lineam contingentem linea $AI$. ea igitur spiralem in puncto $\Lambda$, ambitum autem circuli $\Delta NT$[1]) in puncto $P$ secabit. et sit $PI : AP < \Delta P : \Delta NT$. quare etiam $IA : AP < P\Delta NT : \Delta NT$[2]), h. e. $< \Sigma HK\Theta : HK\Theta$.[3]) sed $\Sigma HK\Theta : HK\Theta = A\Lambda : A\Delta$. hoc enim demonstratum est [prop. 14]. itaque

$$AI : AP < A\Lambda : A\Delta;$$

quod fieri non potest. nam $PA = A\Delta$ [et $IA > A\Lambda$] [Eucl. V, 8]. itaque angulus lineis $A\Delta$, $\Delta Z$ comprehensus rectus non est. et demonstratum est, ne acutum quidem eum esse. itaque obtusus est. quare reliquus angulus acutus est. et eodem modo demonstrabitur, etiam si linea spiralem contingens in termino contingat, idem futurum esse.

## XVII.

Iam etiam si spiralem secunda circumactione descriptam linea contingit, idem futurum est.

contingat enim linea $EZ$ spiralem secunda circumactione descriptam in puncto $\Delta$, et cetera eodem modo, quo supra [prop. 16], comparentur. itaque, ut supra, ea pars ambitus circuli $PN\Delta$, quae in praecedentibus

1) Mirus uerborum ordo lin. 3—4 defenditur simili loco lin. 27.


2) Sc. συνθέντι; Pappus VII, 46 p. 686.

3) Nam

$$P\Delta NT : \Delta NT = \angle PAT\ (> 180^0) : \Delta AT\ (> 180^0)$$
$$= \Sigma HK\Theta : HK\Theta \text{ (Eucl. VI, 33).}$$

των per comp. F; corr. Torellius. $A\Delta Z$ F, uulgo. δέ] om. F; corr. AB. 18. ὅτι] addidi; om. F, uulgo. 24. $EZ$] $AZ$ F. 25. περιφορᾷ] scripsi; περιφορας F, uulgo.

μένοις τᾶς ἕλικος ἐντὸς πεσοῦνται, τὰ δὲ ἐν τοῖς ἑπομένοις ἐκτός. ἁ οὖν γωνία ἁ ὑπὸ τᾶν ΑΔ, ΔΖ οὔκ ἐστιν ὀρθά, ἀλλὰ ἀμβλεῖα. ἔστω γάρ, εἰ δυνατόν, ὀρθά. ἐπιψαύσει δὴ ἁ ΕΖ τοῦ ΡΝΔ κύκλου κατὰ τὸ Δ. ἄχθω δὴ πάλιν ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν ἁ ΑΙ, καὶ τεμνέτω τὰν μὲν ἕλικα κατὰ τὸ Χ, τὰν δὲ τοῦ ΡΝΔ κύκλου περιφέρειαν κατὰ τὸ Ρ. ἐχέτω δὲ ἁ ΡΙ ποτὶ ΡΑ ἐλάσσονα λόγον τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΔΡ περιφέρεια ποτὶ ὅλαν τὰν τοῦ ΔΡΝ κύκλου περιφέρειαν καὶ [ποτὶ] τὰν ΔΝΤ. δεδείκται γὰρ τοῦτο δυνατὸν ἐόν. καὶ ὅλα ἄρα ἁ ΙΑ ποτὶ τὰν ΑΡ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ ΡΔΝΤ περιφέρεια μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας ποτὶ τὰν ΔΝΤ περιφέρειαν μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας. ἀλλ' ὃν ἔχει λόγον ἁ ΡΔΝΤ περιφέρεια μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ ΔΝΤΡ κύκλου περιφερείας ποτὶ τὰν ΔΝΤ περιφέρειαν μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ ΔΝΤΡ κύκλου περιφερείας, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἁ ΣΗΚΘ περιφέρεια μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας τᾶς ΘΣΗΚ ποτὶ τὰν ΗΚΘ περιφέρειαν μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ ΘΣΗΚ κύκλου περιφερείας. ὃν δὲ λόγον ἔχοντι αἱ ὕστερον εἰρημέναι περιφερείαι,




2. ΑΔΖ F, uulgo. 6. τάν] τα F. 13. ποτί] προς per comp. F; corr. Torellius. 17. ποτί] deleo. In figura pro

est, intra spiralem cadet, quae in sequentibus est, extra. angulus igitur lineis $A\Delta$, $\Delta Z$ comprehensus rectus non est, sed obtusus. sit enim, si fieri potest, rectus. continget igitur linea $EZ$ circulum $PN\Delta$ in puncto $\Delta$ [Eucl. III, 16 πόρισμα]. rursus igitur ad lineam contingentem ducatur linea $AI$, et spiralem in puncto $X$, ambitum autem circuli $PN\Delta$ in puncto $P$ secet. et sit $PI : PA < \Delta P : \Delta PN$[1] $+ \Delta NT$. nam demonstratum est, hoc fieri posse [prop. 5]. quare erit [p. 67 not. 2] $IA : AP < P\Delta NT + \Delta PN : \Delta NT + \Delta PN$. est autem

$$P\Delta NT + \Delta NTP^{[2]} : \Delta NT + \Delta NTP$$
$$= \Sigma HK\Theta + \Theta\Sigma HK^{[3]} : HK\Theta + \Theta\Sigma HK = XA : A\Delta.$$

---

1) Significaui hoc modo ambitum totum circuli $\Delta PN$, ut rursus h. pag. lin. 10 bis.

2) Per $\Delta NTP$ hoc loco idem significatur, quod supra per $\Delta PN$ (u. not. 1).

3) H. e. totus ambitus circuli $\Theta\Sigma HK$. proportio autem hoc modo sequitur: sit $P\Delta NT = P_1$, $\Delta NTP = C$, $\Delta NT = P$, $\Sigma HK\Theta = p_1$, $\Theta\Sigma HK = c$, $HK\Theta = p$. erit igitur $P_1 : p_1 = C : c$ (Eucl. VI, 33 πόρ.; Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 181 nr. 14); quare $P_1 + C : p_1 + c = P_1 : p_1$; praeterea $P : p = C : c$ et $P + C : p + c = P : p$; sed $P_1 : p_1 = P : p$ [p. 67 not. 3). itaque $P_1 + C : p_1 + c = P + C : p + c$, et ἐναλλάξ $P_1 + C : P + C = p_1 + c : p + c$, q. e. d.

---

$\Theta$ in F est $O$. 26. περιφερειαν F. 29. εχουσιν F; corr. Torellius.

τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἁ *ΧΑ* εὐθεῖα ποτὶ τὰν *ΑΔ* εὐθεῖαν. δεδείκται γὰρ τοῦτο. ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ *ΙΑ* ποτὶ τὰν *ΑΡ*, ἢ ἁ *ΑΧ* ποτὶ τὰν *ΑΔ*· ὅπερ ἀδύνατον. ἴσα μὲν γὰρ ἁ *ΡΑ* τᾷ *ΑΔ*, μείζων δὲ ἁ *ΙΑ* τᾶς *ΑΧ*. δῆλον οὖν, ὅτι ἀμβλεῖά ἐστιν ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν *ΑΔ*, *ΔΖ*. ὥστε ἁ λοιπὰ ὀξεῖά ἐστι. τὰ δ' αὐτὰ συμβησέται, καὶ εἴ κα ἁ ἐπιψαύουσα κατὰ τὸ πέρας τᾶς ἕλικος ἐπιψαύῃ.

## ΠΟΡΙΣΜΑ.

Ὁμοίως δὲ δειχθησέται, καὶ εἴ κα τᾶς ἐν ὁποιᾳοῦν περιφορᾷ γεγραμμένας ἕλικος ἐπιψαύῃ τις εὐθεῖα, καὶ εἴ κα κατὰ τὸ πέρας αὐτᾶς, ὅτι ἀνίσους ποιήσει [τὰς] γωνίας ποτὶ τὰν ἀπὸ τᾶς ἁφᾶς ἐπιζευχθεῖσαν ἐπὶ τὰν ἀρχὰν τᾶς ἕλικος, καὶ τὰν μὲν ἐν τοῖς προαγουμένοις ἀμβλεῖαν, τὰν δὲ ἐν τοῖς ἑπομένοις ὀξεῖαν.

## ιη'.

Εἴ κα τᾶς ἕλικος τᾶς ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας εὐθεῖα γραμμὰ ἐπιψαύῃ κατὰ τὸ πέρας τᾶς ἕλικος, ἀπὸ δὲ τοῦ σαμείου, ὅ ἐστιν ἀρχὰ τᾶς ἕλικος, ποτ' ὀρθὰς ἀχθῇ τις τᾷ ἀρχᾷ τᾶς περιφορᾶς, ἁ ἀχθεῖσα συμπεσεῖται τᾷ ἐπιψαυούσᾳ, καὶ ἁ μεταξὺ εὐθεῖα τᾶς ἐπιψαυούσας καὶ τᾶς ἀρχᾶς τᾶς ἕλικος ἴσα ἐσσεῖται τᾷ τοῦ πρώτου κύκλου περιφερείᾳ.

ἔστω ἕλιξ ἁ *ΑΒΓΔΘ*, ἔστω δὲ τὸ *Α* σαμεῖον ἀρχὰ

---

3. ἁ] (alt.) om. F; corr. Torellius. 4. *ιση* F; corr. Torellius. ἁ] (bis) *η* F; corr. Torellius, ut lin. 5, 6. τᾷ] *τη* F; corr. Torellius. 5. τᾶς] *της* F; corr. Torellius. *περιεχομενη* F; corr. Torellius. 6. *ΑΔΖ* F, uulgo. *λοιπη* F; corr. Torellius. 11. περιφορᾷ] addidi; om. F, uulgo; „quacunque reuolutione" Cr. 12. τάς] deleo. 21. *συνπεσειται* F. ἁ] om. F.

hoc enim demonstratum est [prop. 15]. quare erit $I A : A P < A X : A \Delta$; quod fieri non potest. [nam $P A = A \Delta$, et $I A > A X$].[1]) adparet igitur, angulum lineis $A \Delta$, $\Delta Z$ comprehensum obtusum esse.[2]) quare reliquus angulus acutus est. eadem autem euenient, etiam si linea contingens in termino spiralis contigerit.

## COROLLARIUM.

Eodem autem modo demonstrabimus, etiam si spiralem qualibet circumactione descriptam linea aliqua contingat, etiam si in termino eius, inaequales eam angulos effecturam esse cum linea a puncto tactionis ad principium spiralis ducta, et angulum in praecedentibus positum obtusum fore, qui in sequentibus positus sit, acutum.[3])

## XVIII.

Si spiralem prima circumactione descriptam linea recta contigerit in termino spiralis, et a puncto, quod principium est spiralis, linea ad principium circumactionis perpendicularis ducta erit, linea [ita] ducta in contingentem incurret, et linea inter contingentem et principium spiralis posita aequalis erit ambitui circuli primi.

sit spiralis $AB\Gamma\Delta\Theta$, et punctum $A$ principium


1) Putauerim, uerba ἴσα μέν lin. 4 — τᾶς $AX$ lin. 5 subditiua esse, cum quia formae uulgares in cod. F hoc loco constanter traditae sunt, tum quod Archimedes, si causam plene adferre uoluisset, hoc sine dubio non hoc loco, sed supra p. 66, 14, ubi leuis tantum significatio additur, fecisset.

2) Nam ne acutus quidem est; u. p. 65 not. 1.

3) Cfr. prop. 15 corollarium.

τᾶς ἕλικος, ἁ δὲ ΘΑ γραμμὰ ἀρχὰ τᾶς περιφορᾶς, ὁ δὲ ΘΗΚ κύκλος ὁ πρῶτος. ἐπιψαυέτω δέ τις τᾶς ἕλικος κατὰ τὸ Θ, ἁ ΘΖ, καὶ ἀπὸ τοῦ Α ἄχθω ποτ' ὀρθὰς τᾷ ΘΑ ἁ ΑΖ. συμπεσεῖται δὴ αὐτὰ ποτὶ τὰν ΘΖ, ἐπεὶ αἱ ΖΘ, ΘΑ ὀξεῖαν γωνίαν περιέχοντι. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Ζ. δεικτέον, ὅτι ἁ ΖΑ ἴσα ἐστὶ τᾷ τοῦ ΘΚΗ κύκλου περιφερείᾳ.

εἰ γὰρ μή, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον, εἰ δυνατόν, μείζων. ἔλαβον δή τινα εὐθεῖαν τὰν ΛΑ τᾶς μὲν ΖΑ εὐθείας ἐλάσσονα, τᾶς δὲ τοῦ




ΘΗΚ κύκλου περιφερείας μείζονα. ἔστιν δὴ κύκλος τις ὁ ΘΗΚ, καὶ ἐν τῷ κύκλῳ γραμμὰ ἐλάσσων τᾶς διαμέτρου ἁ ΘΗ, καὶ λόγος, ὃν ἔχει ἁ ΘΑ ποτὶ ΑΛ, μείζων τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἡμίσεια τᾶς ΗΘ ποτὶ τὰν ἀπὸ τοῦ Α κάθετον ἐπ' αὐτὰν ἀγμέναν, διότι καὶ τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΘΑ ποτὶ ΑΖ. δυνατὸν οὖν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Α ποτιβαλεῖν ποτὶ τὰν ἐκβεβλημέναν τὰν ΑΝ, ὥστε τὰν μεταξὺ τᾶς περιφερείας καὶ τᾶς ἐκβεβλημένας τὰν ΝΡ ποτὶ ΘΡ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον, ὃν ἁ ΘΑ ποτὶ τὰν ΑΛ. ἕξει οὖν ἁ ΝΡ ποτὶ τὰν ΡΑ λόγον, ὃν ἁ ΘΡ εὐθεῖα ποτὶ τὰν ΑΛ. ἁ δὲ ΘΡ ποτὶ τὰν ΑΛ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ ΘΡ περιφέρεια ποτὶ τὰν τοῦ

3. ποτ'] προς per comp. F; corr. V. 5. περιεχουσιν F;

spiralis sit, linea autem $\Theta A$ principium circumactionis, circulus autem $\Theta HK$ primus. contingat autem [linea] aliqua $\Theta Z$ spiralem in puncto $\Theta$, et a puncto $A$ ad lineam $\Theta A$ perpendicularis ducatur linea $AZ$. ea igitur in lineam $\Theta Z$ incurret, quoniam lineae $Z\Theta$, $\Theta A$ acutum angulum comprehendunt [prop. 16; tum u. Eucl. I αἴτ. 5]. incidat in eam in puncto $Z$. demonstrandum, lineam $ZA$ aequalem esse ambitui circuli $\Theta KH$.

nam si aequalis non est, aut maior est aut minor. sit prius, si fieri potest, maior. sumpsi igitur lineam aliquam $\Lambda A$ minorem linea $ZA$, maiorem autem ambitu circuli $\Theta HK$ [prop. 4]. itaque datus est circulus quidam $\Theta HK$, et in circulo linea $\Theta H$ minor diametro[1], et ratio $\Theta A : A\Lambda$ maior ea, quam habet dimidia linea $H\Theta$ ad lineam a puncto $A$ ad eam perpendicularem ductam, quia ea quoque minor est, quam habet

$$\Theta A : AZ.^{2)}$$

fieri igitur potest, ut ab $A$ ad lineam productam $AN$ linea ducatur, ita ut sit $NP : \Theta P = \Theta A : A\Lambda$ [prop. 7]. erit igitur $NP : PA = \Theta P : A\Lambda$.[3]) sed linea $\Theta P$ ad $A\Lambda$ minorem rationem habet, quam arcus $\Theta P$ ad amb-

1) Nam $\Theta Z$, spiralem contingens, extra eam cadet, nec per punctum $A$ transire potest; tum u. Eucl. III, 7.

2) Nam $A\Lambda > ZA$ (tum u. Eucl. V, 8). Et si ducitur linea ab $A$ ad $H\Theta$ perpendicularis, eam in duas partes aequales secabit (Eucl. III, 3), et efficietur triangulus similis triangulo $A\Theta Z$ (Eucl. VI, 8); tum u. Eucl. VI, 4.

3) Nam ἐναλλάξ: $NP : \Theta A = \Theta P : A\Lambda$, et $\Theta A = PA$.

corr. Torellius. 13. ποτί] προς per comp. F; corr. V (? u. Torellius p. 236 e), ut lin. 16. 17. τάν] (prius) ταν ταν F; corr. D. 19. ποτὶ τὰν $\Theta P$ εὐθεῖαν dubitans Nizzius.

*ΘΗΚ κύκλου περιφέρειαν. ἁ μὲν γὰρ ΘΡ εὐθεῖα ἐλάσσων ἐστὶ τᾶς ΘΡ περιφερείας, ἁ δὲ ΑΛ εὐθεῖα τᾶς τοῦ ΘΗΚ κύκλου περιφερείας μείζων. ἐλάσσονα οὖν λόγον ἕξει καὶ ἁ ΝΡ ποτὶ ΡΑ, ἢ ἁ ΘΡ περιφέρεια ποτὶ τὰν τοῦ ΘΗΚ κύκλου περιφέρειαν. καὶ ὅλα οὖν ἁ ΝΑ ποτὶ τὰν ΑΡ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἁ ΘΡ περιφέρεια μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας ποτὶ τὰν τοῦ ΘΗΚ κύκλου περιφέρειαν. ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ ΘΡ περιφέρεια μεθ' ὅλας τᾶς τοῦ ΘΗΚ κύκλου περιφερείας ποτὶ τὰν τοῦ ΘΗΚ κύκλου περιφέρειαν, τοῦτον ἔχει ἁ ΧΑ ποτὶ τὰν ΑΘ. δεδείκται γὰρ τοῦτο. ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ ΝΑ ποτὶ τὰν ΑΡ, ἤπερ ἁ ΧΑ ποτὶ τὰν ΑΘ· ὅπερ ἀδύνατον. ἁ μὲν γὰρ ΝΑ μείζων ἐστὶ τᾶς ΑΧ, ἁ δὲ ΑΡ ἴσα ἐστὶ τᾷ ΘΑ. οὐκ ἄρα μείζων ἁ ΖΑ τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας τοῦ ΘΗΚ.*


*ἔστω δὴ πάλιν, εἰ δυνατόν, ἐλάσσων ἁ ΖΑ τᾶς τοῦ ΘΗΚ κύκλου περιφερείας. ἔλαβον δή τινα εὐθεῖαν πάλιν τὰν ΑΛ τᾶς μὲν ΑΖ μείζονα, τᾶς δὲ τοῦ ΘΗΚ κύκλου περιφερείας ἐλάσσονα, καὶ ἄγω ἀπὸ τοῦ Θ τὰν ΘΜ παράλληλον τᾷ ΑΖ. πάλιν οὖν κύκλος ἐστὶν ὁ ΘΗΚ, καὶ ἐν αὐτῷ ἐλάσσων γραμμὰ τᾶς διαμέτρου ἁ ΘΗ, καὶ ἄλλα ἐπιψαύουσα τοῦ κύκλου κατὰ τὸ Θ, καὶ λόγος, ὃν ἔχει ἁ ΑΘ ποτὶ τὰν ΑΛ, ἐλάσσων*

---

1. *ΘΗΚ*] *ΘΗ* F; corr. Torellius. 4. *ποτί*] *προς* per comp. F; corr. V(?). 11. *τὰν ΑΘ*] Torellius; *τον* (comp.) *ΑΘ* F, uulgo. 12. *ἄρα*] om. F; corr. AB. 17. *ιθ'* F; om. uulgo, sed infra pro prop. 19 in Cr. est prop. 20, et sic deinceps. 19. *την* F; corr. Torellius.

itum circuli $\Theta HK$. nam linea $\Theta P$ minor est arcu $\Theta P$, et linea $A\Lambda$ maior ambitu circuli $\Theta HK$ [ex hypothesi]. quare etiam linea $NP$ ad $PA$ minorem rationem habebit, quam arcus $\Theta P$ ad ambitum circuli $\Theta HK$. itaque etiam tota linea $NA$ ad lineam $AP$ minorem rationem habet, quam arcus $\Theta P$ cum toto ambitu circuli ad ambitum circuli $\Theta HK$.[1]) sed quam rationem habet arcus $\Theta P$ cum toto ambitu circuli $\Theta HK$ ad ambitum circuli $\Theta HK$, eam habet $XA : A\Theta$. hoc enim demonstratum est [prop. 15]. quare erit $NA : AP < XA : A\Theta$; quod fieri non potest. nam $NA > AX$, et $AP = \Theta A$. quare linea $ZA$ maior non erit ambitu circuli $\Theta HK$.

rursus, si fieri potest, linea $ZA$ minor sit ambitu circuli $\Theta HK$. sumpsi igitur rursus lineam quandam $A\Lambda$ linea $AZ$ maiorem, ambitu autem circuli $\Theta HK$




minorem [prop. 4], et a puncto $\Theta$ lineae $AZ$ parallelam duco lineam $\Theta M$. rursus igitur datus est circulus $\Theta HK$, et in eo linea diametro minor $\Theta H$ [p. 73 not. 1], et alia linea [$\Theta M$] circulum in puncto $\Theta$ contingens [Eucl. III, 16 πόρ.], et ratio $A\Theta : A\Lambda$ minor ea, quam

1) Sc. συνθέντι; u. p. 67 not. 2.

τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἡμίσεια τᾶς $H\Theta$ ποτὶ τὰν ἀπὸ τοῦ $A$ κάθετον ἐπ᾽ αὐτὰν ἀγμέναν, ἐπειδὴ καὶ τοῦ, ὃν ἔχει ἁ $\Theta A$ ποτὶ $AZ$, ἐλάσσων ἐστί. δυνατὸν οὖν ἐστιν ἀπὸ τοῦ $A$ ἀγαγεῖν τὰν $A\Pi$ ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν, ὥστε τὰν $PN$ τὰν μεταξὺ τᾶς ἐν τῷ κύκλῳ εὐθείας καὶ τᾶς περιφερείας ποτὶ τὰν $\Theta\Pi$ ἀπολαφθεῖσαν ἀπὸ τᾶς ἐπιψαυούσας τοῦτον ἔχειν τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἁ $\Theta A$ ποτὶ τὰν $A\Lambda$. τεμεῖ δὴ ἁ $A\Pi$ τὸν μὲν κύκλον κατὰ τὸ $P$, τὰν δὲ ἕλικα κατὰ τὸ $X$. καὶ ἕξει καὶ ἐναλλὰξ τὸν αὐτὸν λόγον ἁ $NP$ ποτὶ $PA$, ὃν ἁ $\Theta\Pi$ ποτὶ $A\Lambda$. ἁ δὲ $\Theta\Pi$ ποτὶ τὰν $A\Lambda$ μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ $\Theta P$ περιφέρεια ποτὶ τὰν τοῦ $\Theta HK$ κύκλου περιφέρειαν. ἁ μὲν γὰρ $\Theta\Pi$ εὐθεῖα μείζων ἐστὶ τᾶς $\Theta P$ περιφερείας, ἁ δὲ $A\Lambda$ ἐλάσσων τᾶς τοῦ $\Theta HK$ κύκλου περιφερείας. μείζονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ $NP$ ποτὶ τὰν $AP$, ἢ ἁ $\Theta P$ περιφέρεια ποτὶ τὰν τοῦ $\Theta HK$ κύκλου περιφέρειαν. ὥστε καὶ ἁ $PA$ ποτὶ τὰν $AN$ μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ τοῦ $\Theta HK$ κύκλου περιφέρεια ποτὶ τὰν $\Theta KP$ περιφέρειαν. ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ τοῦ $\Theta HK$ κύκλου περιφέρεια ποτὶ τὰν $\Theta KP$ περιφέρειαν, τοῦτον ἔχει ἁ $\Theta A$ εὐθεῖα ποτὶ τὰν $AX$. δεδείκται γὰρ τοῦτο. μείζονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ $PA$ ποτὶ τὰν $AN$, ἢ ἁ $\Theta A$ ποτὶ τὰν $AX$· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα μείζων ἐστὶν οὐδὲ ἐλάσσων ἁ $ZA$ τᾶς τοῦ $\Theta HK$ κύκλου περιφερείας· ἴσα ἄρα.

---

3. ποτί] προς per comp. F; corr. V (?), ut lin. 10, 11 (prius). 18. $\Theta HK$] $\Theta NK$ F; corr. manus 2. 25. ιση F; corr. Torellius.

habet dimidia linea $H\Theta$ ad lineam a puncto $A$ ad eam perpendicularem ductam, quoniam minor est ea, quam habet $\Theta A : AZ$ [p. 73 not. 2]. fieri igitur potest, ut ab $A$ ducatur linea $A\Pi$ ad lineam contingentem, ita ut sit $PN : \Theta\Pi = \Theta A : A\Lambda$ [prop. 8]. itaque linea $A\Pi$ circulum in puncto $P$ secabit, spiralem autem in puncto $X$. et etiam uicissim erit [Eucl. V, 16] $NP : PA$[1]) $= \Theta\Pi : A\Lambda$. linea autem $\Theta\Pi$ ad $A\Lambda$ maiorem rationem habet, quam arcus $\Theta P$ ad ambitum circuli $\Theta HK$; nam linea $\Theta\Pi$ maior est arcu $\Theta P$[2]), et $A\Lambda$ minor ambitu circuli $\Theta HK$ [ex hypothesi]. itaque maiorem rationem habet $NP : AP$, quam arcus $\Theta P$ ad ambitum circuli $\Theta HK$. quare etiam $PA : NA$ maiorem rationem habet, quam ambitus circuli $\Theta HK$ ad arcum $\Theta KP$.[3]) sed quam rationem habet ambitus circuli $\Theta HK$ ad arcum $\Theta KP$, eam habet $\Theta A : AX$. hoc enim demonstratum est [prop. 14]. erit igitur $PA : AN > \Theta A : AX$; quod fieri non potest.[4]) itaque linea $Z\Lambda$ neque maior est neque minor ambitu circuli $\Theta HK$. itaque aequalis est.

---

1) Nam $PA = \Theta A$.

2) Si ducitur $H\Pi$, erit $H\Pi + \Pi\Theta$ maior arcu $H\Theta$ (de sph. et cyl. I λαμβ. 2 p. 8); sed $H\Pi + \Pi\Theta = 2\,\Theta\Pi$ (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 181 nr. 15), et arcus

$$H\Theta = 2\,\Theta P \supset: \Theta\Pi > \Theta P.$$

3) Nam ἀνάπαλιν est $AP : NP < \Theta HK : \Theta P$ (Pappus VII, 49 p. 688), et ἀναστρέψαντι $AP : AN > \Theta HK : \Theta KP$ (Pappus VII, 48 p. 686).

4) $PA = \Theta A$, et $AN > AX$; tum u. Eucl. V, 8.

ιϑʹ.

Εἰ δέ κα τᾶς ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας ἕλικος κατὰ τὸ πέρας ἐπιψαύῃ εὐϑεῖα, καὶ ἀπὸ τᾶς ἀρχᾶς τᾶς ἕλικος ἀχϑῇ τις ποτ᾽ ὀρϑὰς τᾷ ἀρχᾷ τᾶς περιφορᾶς, συμπεσεῖται αὐτὰ ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν, καὶ ἐσσεῖται ἁ εὐϑεῖα ἁ μεταξὺ τᾶς ἐπιψαυούσας καὶ τᾶς ἀρχᾶς τᾶς ἕλικος διπλασία τᾶς τοῦ δευτέρου κύκλου περιφερείας.

ἔστω γὰρ ἁ μὲν $ΑΒΓΘ$ ἕλιξ ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένα, ἁ δὲ $ΘΕΤ$ ἐν τᾷ δευτέρᾳ, καὶ ὁ μὲν $ΘΚΗ$ κύκλος ὁ πρῶτος, ὁ δὲ $ΤΜΝ$ ὁ δεύτερος. ἔστω δέ τις γραμμὰ ἐπιψαύουσα τᾶς ἕλικος κατὰ τὸ $Θ$, ἁ $ΤΖ$, ἁ δὲ $ΖΑ$ ποτ᾽ ὀρϑὰς ἄχϑω τᾷ $ΤΑ$. συμπεσεῖται δὴ αὐτὰ τᾷ $ΤΖ$ διὰ τὸ δεδεῖχϑαι τὰν γωνίαν ὀξεῖαν ἐοῦσαν τὰν ὑπὸ τᾶν $ΑΤ$, $ΤΖ$. δεικτέον, ὅτι ἁ $ΖΑ$ εὐϑεῖα διπλασία ἐντὶ τᾶς τοῦ $ΤΜΝ$ κύκλου περιφερείας.

εἰ γὰρ μή ἐστι διπλασία, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ διπλασία ἢ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ διπλασία. ἔστω πρότερον, εἰ δυνατόν, μείζων ἢ διπλασία. καὶ λελάφϑω τις εὐϑεῖα ἁ $ΛΑ$ τᾶς μὲν $ΖΑ$ εὐϑείας ἐλάσσων, τᾶς δὲ τοῦ $ΤΜΝ$ κύκλου περιφερείας μείζων ἢ διπλασία. ἔστιν δή τις κύκλος ὁ $ΤΜΝ$, καὶ ἐν τῷ κύκλῳ γραμμὰ δεδομένα ἐλάσσων τᾶς διαμέτρου ἁ $ΤΝ$, καὶ ὃν ἔχει ἁ $ΤΑ$ ποτὶ τὰν $ΑΛ$, μείζων τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἡμίσεια τᾶς $ΤΝ$ ποτὶ τὰν ἀπὸ τοῦ $Α$ κάϑετον ἐπ᾽ αὐτὰν ἀγομέναν. δυνατὸν οὖν ἐστιν ἀπὸ τοῦ $Α$ ποτιβαλεῖν τὰν $ΑΣ$ ποτὶ τὰν $ΤΝ$ ἐκβεβλημέναν ὥστε τὰν μεταξὺ τᾶς

---

1. κʹ F. 2. κα] scripsi; κατα F, uulgo; del. Nizzius. 3. επιψαυοι F; corr. Torellius. 5. συνπεσειται F. 7. αρχας

## XIX.

Sin spiralem secunda circumactione descriptam in termino contingit linea, et a principio spiralis linea ad principium circumactionis perpendicularis ducitur, ea in lineam contingentem incidet, et linea inter contingentem et principium spiralis posita duplo maior erit ambitu circuli secundi.


nam spiralis $AB\Gamma\Theta$ prima circumactione descripta sit, $\Theta ET$ autem secunda, et circulus $\Theta KH$ primus sit, $TMN$ autem secundus. et linea aliqua $TZ$ spiralem contingat in puncto $\Theta$, et linea $ZA$ ad lineam $TA$ perpendicularis ducatur. ea igitur in lineam $TZ$ incidet, quia demonstratum est, angulum lineis $AT$, $TZ$ comprehensum acutum esse [prop. 17]. demonstrandum, lineam $ZA$ duplo maiorem esse ambitu circuli $TMN$.

nam si duplo maior non est, aut maior est aut minor quam duplo maior. sit prius, si fieri potest, maior quam duplex. et sumatur linea $\Lambda A$ minor quam duplo maior linea $ZA$, sed maior quam duplo maior ambitu circuli $TMN$ [prop. 4]. itaque datus est circulus $TMN$, et in circulo linea minor diametro, $TN$ [p. 73 not. 1], et [ratio] $TA : A\Lambda$ maior ea, quam habet dimidia linea $TN$ ad lineam ab $A$ ad eam perpendicularem ductam [p. 73 not. 2]. fieri igitur potest, ut ab $A$ linea $A\Sigma$ ad lineam $TN$ productam ita

---

και τας F; corr. B. 14. δή] scripsi; δε F, uulgo. αὐτά] Nizzius; τα αυτα F, uulgo. 15. ουσαν F, uulgo. τᾶν] τῶν per comp. F; corr. V. $ATZ$ F, uulgo. 23. γραμμὰ δεδομένα] scripsi; γεγραμμενα F, uulgo; γραμμά B; „linea data" Cr. 24. ἔχει λόγον B*D, ed. Basil., Torellius (non C*).

*περιφερείας καὶ τᾶς ἐκβεβλημένας τὰν ΡΣ ποτὶ τὰν ΤΡ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον, ὃν ἁ ΤΑ ποτὶ τὰν ΑΛ. τεμεῖ δὴ ἁ ΑΣ τὸν μὲν κύκλον κατὰ τὸ Ρ, τὰν δὲ*




*ἕλικα κατὰ τὸ Χ. καὶ ἐναλλὰξ τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον ἁ ΡΣ ποτὶ τὰν ΤΑ, ὃν ἁ ΤΡ ποτὶ τὰν ΑΛ. ἁ δὲ ΤΡ ποτὶ τὰν ΑΛ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ ΤΡ περιφέρεια ποτὶ τὰν διπλασίαν τοῦ ΤΜΝ κύκλου περιφέρειαν. ἔστιν γὰρ ἁ μὲν ΤΡ εὐθεῖα ἐλάσσων τᾶς ΤΡ περιφερείας, ἁ δὲ ΑΛ εὐθεῖα μείζων ἢ διπλασία τᾶς τοῦ ΤΜΝ κύκλου περιφερείας. ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ ΡΣ ποτὶ τὰν ΑΡ, ἢ ἁ ΤΡ περιφέρεια ποτὶ τὰν διπλασίαν τᾶς τοῦ ΤΜΝ κύκλου περιφερείας. ὅλα οὖν ἁ ΣΑ ποτὶ τὰν ΑΡ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ ΤΡ περιφέρεια μετὰ τᾶς τοῦ ΤΜΝ κύκλου περιφερείας δὶς εἰρημένας ποτὶ τὰν τοῦ ΤΜΝ κύκλου περιφέρειαν δὶς εἰρημέναν. ὃν δὲ λόγον ἔχοντι αἱ εἰρημέναι περιφερείαι, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἁ ΧΑ ποτὶ τὰν ΑΤ. δεδείκται γὰρ τοῦτο. ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ ΑΣ ποτὶ τὰν ΑΡ, ἢ ἁ ΧΑ ποτὶ τὰν ΤΑ· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα μείζων ἐστὶν ἢ διπλασία ἁ*

---

2. εχει F; corr. B. 7. διπλασια F. *ΤΜΝ*] *ΜΝ* F;

ducatur, ut sit $P\Sigma : TP = TA : A\Lambda$. $A\Sigma$ igitur circulum in puncto $P$ secabit, spiralem autem in puncto $X$. et uicissim erit [Eucl. V, 16]: $P\Sigma : TA = TP : A\Lambda$. sed ratio $TP : A\Lambda$ minor est ea, quam habet arcus $TP$ ad duplicem ambitum circuli $TMN$. nam linea $TP$ minor est arcu $TP$, et linea $A\Lambda$ maior quam duplo maior ambitu circuli $TMN$. quare linea $P\Sigma$ ad $AP$[1]) minorem rationem habet, quam arcus $TP$ ad duplicem ambitum circuli $TMN$. itaque tota linea $\Sigma A$ ad $AP$ minorem rationem habet, quam arcus $TP$ cum ambitu circuli $TMN$ bis numerato ad ambitum circuli $TMN$ bis numeratum.[2]) sed quam rationem habent ambitus, quos significauimus, eam habet $XA : AT$. hoc enim demonstratum est.[3]) itaque

$$A\Sigma : AP < XA : TA;$$

quod fieri non potest.[4]) itaque linea $ZA$ maior non

1) Nam $AP = AT$.

2) Sc. *συνθέντι*; u. p. 67 not. 2.

3) Prop. 15; hoc loco altera linea in terminum spiralis cadit; sed hoc nihil ad demonstrationem referre, diserte dictum est prop. 14 p. 60, 6 et 15 coroll. p. 62, 15. tum arcus a linea ad terminum spiralis uersus abscisus nullus est.

4) Nam $A\Sigma > XA$ et $AP = TA$; tum u. Eucl. V, 8.

---

*M* ed. Basil., uulgo; corr. Torellius. 14. *τοῦ*] addidi; om. F, uulgo. 15. *εἰλημμένας* et lin. 16 *εἰλημμέναν* Torellius. 16. *εχουσιν* F, uulgo. 19. *AP ἢ ἁ XA ποτὶ τάν* repetuntur in F.

*ΖΑ* εὐθεῖα τᾶς τοῦ *ΤΜΝ* κύκλου περιφερείας. ὁμοίως δὲ δειχθησέται, ὅτι οὐδὲ ἐλάττων ἢ διπλασία. δῆλον οὖν, ὅτι διπλασία ἐστίν.

ΠΟΡΙΣΜΑ.

διὰ δὲ τοῦ αὐτοῦ τρόπου δεικτέον, καὶ εἴ κα τᾶς ἐν ὁποιᾳοῦν περιφορᾷ γεγραμμένας ἕλικος ἐπιψαύῃ τις εὐθεῖα κατὰ τὸ πέρας τᾶς ἕλικος, καὶ ἀπὸ τᾶς ἀρχᾶς τᾶς ἕλικος ποτ' ὀρθὰς ἀχθεῖσα τᾷ ἀρχᾷ τᾶς περιφορᾶς συμπίπτῃ ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν, ὅτι πολλαπλασία ἐστὶ τᾶς τοῦ κύκλου περιφερείας τοῦ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τᾶς περιφορᾶς λεγομένου τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ.

κ'.

Εἴ κα τᾶς ἕλικος τᾶς ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας εὐθεῖα γραμμὰ ἐπιψαύῃ μὴ κατὰ τὸ πέρας τᾶς ἕλικος, ἀπὸ δὲ τᾶς ἁφᾶς ἐπὶ τὰν ἀρχὰν τᾶς ἕλικος εὐθεῖα ἐπιζευχθῇ, καὶ κέντρῳ μὲν τᾷ ἀρχᾷ τᾶς ἕλικος, διαστήματι δὲ τᾷ ἐπιζευχθείσᾳ κύκλος γραφῇ, ἀπὸ δὲ τᾶς ἀρχᾶς τᾶς ἕλικος ἀχθῇ τις ποτ' ὀρθὰς τᾷ ἀπὸ τᾶς ἁφᾶς ἐπὶ τὰν ἀρχὰν τᾶς ἕλικος ἐπιζευχθείσᾳ, συμπεσεῖται αὐτὰ ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν, καὶ ἐσσεῖται ἁ μεταξὺ εὐθεῖα τᾶς τε συμπτώσιος καὶ τᾶς ἀρχᾶς τᾶς ἕλικος ἴσα τᾷ περιφερείᾳ τοῦ γραφέντος κύκλου τᾷ μεταξὺ τᾶς ἁφᾶς καὶ τᾶς τομᾶς, καθ' ἃν τέμνει ὁ γραφεὶς κύκλος τὰν ἀρχὰν τᾶς περιφορᾶς, ἐπὶ τὰ

9. ὅτι] Nizzius; om. F, uulgo. 13. κα' F. 19. τᾷ] om. F; corr. ABC. Initio prop. 20 spatium uacat in F. 21. ἐσσεῖται] εϖειται F. 22. συμπτώσιος] scripsi; συμπτωσιας F, uulgo. 24. τᾷ] τας F; corr. B man. 2*. ἃν] scripsi; ὁ F, uulgo.

est quam duplo maior ambitu circuli *TMN*. et similiter demonstrabimus, eam ne minorem quidem esse quam duplo maiorem. adparet igitur, eam duplo maiorem esse.

## COROLLARIUM.

Eodem modo demonstrandum, etiam si spiralem qualibet circumactione descriptam linea in termino spiralis contingat, et a principio spiralis linea ad principium circumactionis perpendicularis ducatur et in contingentem incidat, eam toties multiplicem esse quam ambitum circuli ex numero circumactionis nominati, quoties indicet idem numerus.[1])

## XX.


Si spiralem prima circumactione descriptam recta linea contingit extra terminum spiralis, et a puncto tactionis ad principium spiralis linea ducitur, et describitur circulus, cuius centrum est principium spiralis, radius autem linea ducta, et a principio spiralis linea ducitur ad lineam a puncto tactionis ad principium spiralis ductam perpendicularis, ea in lineam contingentem incidet, et linea inter punctum concursionis et principium spiralis posita aequalis erit ambitui circuli descripti inter punctum tactionis et sectionem posito, in qua circulus descriptus principium

1) Cfr. prop. 15 coroll. et prop. 17 coroll.

*προαγούμενα λαμβανομένας τᾶς περιφερείας ἀπὸ τοῦ σαμείου τοῦ ἐν τᾷ ἀρχᾷ τᾶς περιφορᾶς.*

*ἔστω ἕλιξ, ἐφ' ἇς ἁ ΑΒΓΔ, ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένα, καὶ ἐπιψαυέτω τις αὐτᾶς εὐθεῖα ἁ ΕΔΖ κατὰ τὸ Δ, ἀπὸ δὲ τοῦ Δ ποτὶ τὰν ἀρχὰν τᾶς ἕλικος ἐπεξεύχθω ἁ ΑΔ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Α, διαστήματι δὲ τῷ ΑΔ κύκλος γεγράφθω ὁ ΔΜΝ. τεμνέτω δ' οὗτος τὰν ἀρχὰν τᾶς περιφορᾶς κατὰ τὸ Κ. ἄχθω δὲ ἁ ΖΑ ποτὶ τὰν ΑΔ ὀρθά. ὅτι μὲν οὖν αὐτὰ συμπίπτει ποτὶ τὰν ΖΔ, δῆλον· ὅτι δὲ καὶ ἴσα ἐστὶν ἁ ΖΑ εὐθεῖα τᾷ ΚΜΝΔ περιφερείᾳ, δεικτέον.*

*εἰ γὰρ μή, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. ἔστω, εἰ δυνατόν, πρότερον μείζων. λελάφθω δή τις ἁ ΛΑ*




*τᾶς μὲν ΖΑ εὐθείας ἐλάσσων, τᾶς δὲ ΚΜΝΔ περιφερείας μείζων. πάλιν δὴ κύκλος ἐστὶν ὁ ΚΜΝ, καὶ ἐν τῷ κύκλῳ γραμμὰ ἐλάσσων τᾶς διαμέτρου ἁ ΔΝ, καὶ λόγος, ὃν ἔχει ἁ ΔΑ ποτὶ ΑΛ μείζων τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἡμίσεια τᾶς ΔΝ ποτὶ τὰν ἀπὸ τοῦ Α κάθετον ἐπ' αὐτὰν ἀγμέναν. δυνατὸν οὖν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Α ποτιβαλεῖν τὰν ΑΕ ποτὶ τὰν ΝΔ ἐκβεβλημέναν, ὥστε τὰν ΕΡ ποτὶ τὰν ΔΡ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον, ὃν ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΑΛ. δεδείκται γὰρ τοῦτο δυνατὸν ἐόν.*

1. *προαγμενα* F, supra scripto compendio *ου* insolenter

circumactionis secat, ambitu a puncto in principio circumactionis posito ad praecedentia uersus sumpto.

sit spiralis, in qua sit $AB\Gamma\Delta$, prima circumactione descripta, et eam contingat linea aliqua $E\Delta Z$ in puncto $\Delta$, et a puncto $\Delta$ ad principium spiralis ducatur $A\Delta$, et describatur circulus $\Delta MN$, cuius centrum sit $A$, radius autem $A\Delta$. hic autem principium circumactionis in puncto $K$ secet. et ducatur linea $ZA$ ad lineam $A\Delta$ perpendicularis. adparet igitur, eam in lineam $Z\Delta$ incidere [angulus enim $A\Delta Z$ acutus est; prop. 16]. sed demonstrandum est, lineam $ZA$ etiam aequalem esse arcui $KMN\Delta$.

nam si non est, aut maior est aut minor. sit prius, si fieri potest, maior. sumatur igitur linea $\Lambda A$ minor linea $ZA$, sed maior arcu $KMN\Delta$ [prop. 4]. rursus igitur datus est circulus $KMN$, et in circulo linea $\Delta N$ minor diametro [p. 73 not. 1], et ratio $\Delta A : A\Lambda$ maior ea, quam habet dimidia linea $\Delta N$ ad lineam ab $A$ ad eam perpendicularem ductam [p. 73 not. 2]. fieri igitur potest, ut ab $A$ ducatur linea $AE$ ad lineam $N\Delta$ productam, ita ut sit $EP : \Delta P = \Delta A : A\Lambda$. nam demonstratum est, hoc fieri posse [prop. 7]. quare

---

ducto; *προαγευμενα* ed. Basil. 3. *περιφορᾷ*] Torellius; om. F, uulgo. 4. *καί* supra scriptum manu 1 F. 5. $E\Delta Z$] Nizzius; $AEZ$ F, $\Delta EZ$ uulgo. 8. *ουτως* F; corr. Torellius. 10. *ποτὶ τὰν* $Z\Delta$] addidi; om. F, uulgo. 13. *πρωτερον* F. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. 17. *ποτί*] *προς* per comp. F; corr. Torellius.

ἕξει οὖν καὶ ἁ *ΕΡ* ποτὶ τὰν *ΑΡ* τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ *ΔΡ* ποτὶ τὰν *ΑΛ*. ἁ δὲ *ΔΡ* ποτὶ τὰν *ΑΛ* ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ *ΔΡ* περιφέρεια ποτὶ τὰν *ΚΜΔ* περιφέρειαν, ἐπεὶ ἁ μὲν *ΔΡ* ἐλάσσων ἐστὶ τᾶς *ΔΡ* περιφερείας, ἁ δὲ *ΑΛ* μείζων τᾶς *ΚΜΔ* περιφερείας. ἐλάσσονα οὖν λόγον ἔχει ἁ *ΕΡ* εὐθεῖα ποτὶ *ΡΑ*, ἢ ἁ *ΔΡ* περιφέρεια ποτὶ τὰν *ΚΜΔ* περιφέρειαν. ὥστε καὶ ἁ *ΑΕ* ποτὶ *ΑΡ* ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ἁ *ΚΜΡ* περιφέρεια ποτὶ τὰν *ΚΜΔ* περιφέρειαν. ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ *ΚΜΡ* ποτὶ τὰν *ΚΜΔ* περιφέρειαν, τοῦτον ἔχει ἁ *ΧΑ* ποτὶ *ΑΔ*. ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει ἁ *ΕΑ* ποτὶ *ΑΡ*, ἢ ἁ *ΑΧ* ποτὶ *ΔΑ*· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. οὐκ ἄρα μείζων ἁ *ΖΑ* τᾶς *ΚΜΔ* περιφερείας. ὁμοίως δὲ τοῖς πρότερον δειχθησέται, ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων ἐστίν· ἴσα ἄρα.

## ΠΟΡΙΣΜΑ.

διὰ δὲ τοῦ αὐτοῦ τρόπου δειχθησέται, καὶ εἴ κα τᾶς ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας ἕλικος ἐπιψαύῃ εὐθεῖα μὴ κατὰ τὸ πέρας τᾶς ἕλικος, τὰ δὲ ἄλλα τὰ αὐτὰ κατασκευασθέωντι, ὅτι ἁ μεταξὺ εὐθεῖα ἁ ποτὶ τὰν ἐπιψαύουσαν συμπίπτουσα τᾶς τε συμπτώσιος καὶ τᾶς ἀρχᾶς τᾶς ἕλικος ἴσα ἐστὶν ὅλᾳ τᾷ τοῦ γραφέντος κύκλου περιφερείᾳ καὶ ἔτι τᾷ μεταξὺ τῶν εἰρημένων σαμείων, ὡσαύτως τᾶς περιφερείας λαμβανομένας. καὶ εἴ κα τᾶς ἐν ὁποιαοῦν γεγραμμένας περιφορᾷ ἕλικος ἐπιψαύῃ τις εὐθεῖα μὴ κατὰ τὸ πέ-

---

2. δὲ *ΔΡ*] δε *ΑΡ* F; corr. Torellius. 6. ποτί] προς per comp. F; corr. Torellius, ut lin. 8, 9, 10, 11, 12 (bis). 9. τάν] addidi; om. F, uulgo. 12. ἁ *ΕΑ*] η *ΕΑ* F; corr. Torellius. ἁ *ΑΧ*] ἁ om. F. 15. ιση F; corr. Torellius. 20. κατασκευασθεντι F; corr. Torellius. ἁ] (alt.) scripsi; τας

etiam erit [Eucl. V, 16] $EP : AP = \Delta P : A\Delta$.[1]) sed $\Delta P$ ad $A\Delta$ minorem rationem habet, quam arcus $\Delta P$ ad arcum $KM\Delta$, quoniam linea $\Delta P$ minor est arcu $\Delta P$, linea autem $A\Delta$ maior arcu $KM\Delta$ [ex hypothesi]. itaque $EP$ ad $PA$ minorem rationem habet, quam arcus $\Delta P$ ad arcum $KM\Delta$. quare etiam $AE$ ad $AP$ minorem rationem habet, quam arcus $KMP$ ad $KM\Delta$.[2]) sed quam rationem habet arcus $KMP$ ad arcum $KM\Delta$, eam habet $XA : A\Delta$ [prop. 14]. erit igitur $EA : AP < AX : \Delta A$; quod fieri non potest.[3]) quare linea $ZA$ arcu $KM\Delta$ maior non est. et eodem modo, quo supra, demonstrabimus, ne minorem quidem eam esse. itaque aequalis est.

## COROLLARIUM.

Eodem autem modo demonstrabimus, etiam si spiralem secunda circumactione descriptam linea contingat extra terminum spiralis, et cetera eadem comparentur, lineam in contingentem incurrentem inter punctum concursionis et principium spiralis comprehensam aequalem esse toti ambitui circuli descripti et praeterea arcui inter puncta, quae commemorauimus [p. 82, 24], comprehenso, arcu eodem modo sumpto. et etiam si spiralem qualibet circumactione descriptam linea contingat extra terminum spiralis, et cetera eadem com-

1) Nam $\Delta A = AP$.
2) συνθέντι; u. p. 67 not. 2.
3) Nam $AP = \Delta A$ et $EA > AX$; tum u. Eucl. V, 8.


F, uulgo; om. B. 21. συμπιπτούσας Torellius. τᾶς τε συμπτώσιος] addidi; om. F, uulgo. 22. καί] ἀπό ed. Basil., Torellius. 26. περιφορας F; corr. A.

ρας τᾶς ἕλικος, τὰ δὲ ἄλλα τὰ αὐτὰ κατασκευασθέωντι, ὅτι ἁ μεταξὺ εὐθεῖα τῶν εἰρημένων σαμείων πολλαπλασία τίς ἐστι τᾶς τοῦ γραφέντος κύκλου περιφερείας κατὰ τὸν ἑνὶ ἐλάσσονα ἀριθμὸν τοῦ, καθ' ὃν αἱ περιφοραὶ λεγόνται, καὶ ἔτι ἴσα τᾷ μεταξὺ τῶν εἰρημένων σαμείων ὁμοίως λαμβανομένᾳ.

κα'.

Λαμβάνοντα τὸ χωρίον τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τᾶς ἕλικος τᾶς ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας καὶ τᾶς εὐθείας τᾶς πρώτας ἐν τᾷ ἀρχᾷ τᾶς περιφορᾶς δυνατόν ἐστι περὶ αὐτὸ σχῆμα ἐπίπεδον περιγράψαι καὶ ἄλλο ἐγγράψαι ἐξ ὁμοίων τομέων συγκείμενον, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον τοῦ ἐγγεγραμμένου μεῖζον εἶμεν ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου.

ἔστω ἕλιξ, ἐφ' ἇς ἁ ΑΒΓΔ, ἐν τᾷ πρώτᾳ περιφορᾷ γεγραμμένα. ἔστω δὲ ἀρχὰ μὲν τᾶς ἕλικος τὸ Θ σαμεῖον, ἀρχὰ δὲ τᾶς περιφορᾶς ἁ ΘΑ, ὁ δὲ πρῶτος κύκλος ὁ ΖΗΙΑ, αἱ δὲ ΑΗ, ΖΙ διαμέτροι αὐτοῦ ποτ' ὀρθὰς ἀλλάλαις. ἀεὶ δὴ τᾶς ὀρθᾶς γωνίας δίχα τεμνομένας καὶ τοῦ τομέως τοῦ τὰν ὀρθὰν γωνίαν περιέχοντος ἐσσεῖται τὸ καταλειπόμενον τοῦ τομέως ἔλασσον τοῦ προτεθέντος. καὶ ἔστω γεγενημένος ὁ τομεὺς ὁ




1. κατεσκευασθαιωντι F. 4. ἑνί] Torellius; om. F, uulgo. 6. λαμβανομένᾳ] scripsi; λαμβανομενας F, uulgo. 7. κβ' F.

parentur, lineam inter puncta, quae significauimus, comprehensam toties multiplicem esse quam ambitum circuli descripti, quoties indicet numerus uno minor eo, quo circumactiones nominentur, et praeterea aequalem [arcui] inter puncta, quae commemorauimus, eodem modo sumpto.[1])

## XXI.

Sumpto spatio comprehenso spirali prima circumactione descripta et linea prima earum, quae in principio circumactionis sunt, fieri potest, ut circum hoc spatium circumscribatur figura plana et alia inscribatur ex similibus sectoribus compositae, ita ut figura circumscripta excedat inscriptam spatio minore, quam est quodlibet spatium datum.

sit spiralis, in qua sit $AB\Gamma\Delta$, prima circumactione descripta. et principium spiralis sit punctum $\Theta$, principium autem circumactionis linea $\Theta A$, et primus circulus $ZHIA$, et diametri $AH$, $ZI$ inter se perpendiculares. angulo igitur recto et sectore, qui rectum angulum comprehendit, semper deinceps in duas partes aequales diuiso, quae relinquitur pars sectoris, [aliquando] minor erit dato spatio [Eucl. X, 1]. et ortus

1) Cfr. prop. 15 coroll., prop. 17 coroll.

8. λαμβάνοντα] λαβόντα? 12. τομων F; corr. Nizzius; idem uerba ἐξ ὁμοίων τομέων συγκείμενον post περιγράψαι collocat. 20. ποτ᾽] προς per comp. F; corr. Torellius. αλληλαις F addito compendio ας supra λ; corr. Torellius. 23. την ορθην F; corr. Torellius. In figura ordo litterarum turbatus est in F.

*ΑΘΚ* ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος χωρίου. διαιρήσθωσαν δὴ αἱ γωνίαι αἱ τέσσαρες ὀρθαὶ εἰς τὰς ἴσας γωνίας τᾷ περιεχομένᾳ ὑπὸ τᾶν *ΑΘ*, *ΘΚ*, καὶ αἱ ποιούσαι τὰς γωνίας εὐθείαι ἔστε ποτὶ τὰν ἕλικα ἄχθωσαν. καθ' ὃ δὴ τέμνει σαμεῖον ἁ *ΘΚ* τὰν ἕλικα, ἔστω τὸ *Λ*, καὶ κέντρῳ τῷ *Θ*, διαστήματι δὲ τῷ *ΘΛ* κύκλος γεγράφθω. πεσεῖται δὴ αὐτοῦ ἁ μὲν εἰς τὰ προαγούμενα περιφέρεια ἐντὸς τᾶς ἕλικος, ἁ δὲ εἰς τὰ ἑπόμενα ἐκτός. γεγράφθω δὴ ἁ περιφέρεια, ἔστε κα συμπέσῃ τᾷ *ΘΑ* κατὰ τὸ *Ο*, ἁ *ΟΜ*, καὶ τᾷ μετὰ τὰν *ΘΚ* εὐθεῖαν ποτὶ τὰν ἕλικα ποτιπιπτούσᾳ. πάλιν δὴ καὶ καθ' ὃ τέμνει τὰν ἕλικα σαμεῖον ἁ *ΘΜ*, ἔστω τὸ *Ν*, καὶ κέντρῳ τῷ *Θ*, διαστήματι δὲ τῷ *ΘΝ* κύκλος γεγράφθω, ἔστε κα συμπέσῃ ἁ περιφέρεια τοῦ κύκλου τᾷ *ΘΚ* καὶ τᾷ μετὰ τὰν *ΘΜ* ποτιπιπτούσᾳ ποτὶ τὰν ἕλικα. ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῶν ἄλλων πάντων, κατ' ἃ τέμνοντι τὰν ἕλικα αἱ τὰς ἴσας γωνίας ποιοῦσαι, κύκλοι γεγράφθωσαν κέντρῳ τῷ *Θ*, ἔστ' ἂν συμπέσῃ ἑκάστα ἁ περιφέρεια τᾷ τε προαγουμένᾳ εὐθείᾳ καὶ τᾷ ἑπομένᾳ. ἐσσεῖται δή τι περὶ τὸ λαφθὲν χωρίον περιγεγραμμένον ἐξ ὁμοίων τομέων συγκείμενον καὶ ἄλλο ἐγγεγραμμένον. ὅτι δὲ τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένου μεῖζόν ἐστιν ἐλάσσονι τοῦ προτεθέντος χωρίου, δειχθησέται. ἔστιν γὰρ ὁ μὲν *ΘΛΟ* τομεὺς ἴσος τῷ *ΘΜΛ*, ὁ δὲ *ΘΝΠ* τῷ *ΘΝΡ*, ὁ δὲ *ΘΧΣ* τῷ *ΘΧΤ*, ἔστιν δὲ καὶ τῶν ἄλλων τομέων

2. *δὴ αἱ*] *δη ουν* F; corr. B. 3. *τας περιεχομενας* F; corr. Torellius. 4. *ἔστε ποτί*] scripsi; *εσ την κατα* F, uulgo; *ἐκβεβλήσθωσαν ἔστ' ἂν κατά* Torellius. *ἄχθωσαν*] B; *αχθωσιν* F, uulgo; *ἀχθῶντι* Torellius. 7. *δή*] *δι* F; corr. B*. *προαγούμενα*] scripsi; *προαγωμενα* F; *προαγόμενα* uulgo. 8. *περιφερειαι* F. 9. *ἔστε κα*] scripsi; *εσται* (comp.) *καν* F, uulgo;

sit sector $A\Theta K$ dato spatio minor. diuidantur igitur anguli recti quattuor in angulos ei aequales, qui lineis $A\Theta$, $\Theta K$ comprehenditur, et lineae angulos efficientes usque ad spiralem producantur. punctum igitur, in quo linea $\Theta K$ spiralem secat, sit $\Lambda$, et describatur circulus, cuius centrum sit $\Theta$, radius autem $\Theta\Lambda$. ea igitur pars ambitus eius, quae in praecedentibus est, intra spiralem cadet, quae in sequentibus est, extra. describatur igitur ambitus usque eo, ut occurrat et lineae $\Theta A$ in puncto $O$ et lineae post $\Theta K$ ad spiralem ductae, et sit $OM$. rursus igitur punctum, in quo linea $\Theta M$ spiralem secat, sit $N$, et describatur circulus, cuius centrum sit $\Theta$, radius autem $\Theta N$, usque eo, ut ambitus circuli lineae $\Theta K$ et lineae post $\Theta M$ ad spiralem ductae occurrat. et eodem modo etiam per cetera omnia puncta, in quibus lineae aequales angulos efficientes spiralem secant, circuli describantur quorum centrum sit $\Theta$, usque eo ut singuli ambitus et praecedenti lineae et sequenti occurrant. itaque circum spatium sumptum [figura] quaedam circumscripta erit et alia inscripta ex similibus sectoribus compositae. demonstrabimus autem, figuram circumscriptam excedere inscriptam spatio minore, quam est datum spatium. est enim $\Theta\Lambda O = \Theta M\Lambda$, $\Theta N\Pi = \Theta NP$, $\Theta X\Sigma = \Theta XT$, et ceterorum quoque

---

ἐστ' ἄν B mg., Torellius. 11. ποτιπιπτούσᾳ κατὰ τὸ $M$ Torellius. 13. $\Theta N$] $\Theta N$ supra scripto $K$ manu 1, ut uidetur, F; $\Theta KH$ C. 14. ἔστε κα] scripsi; εσται και (utrumque comp.) F; ἐστ' ἄν B, Torellius (qui addit $\Theta K$). 15. τᾷ $\Theta K$] om. F; corr. B. 16. καθ' ἅ Torellius. 19. ἑκαστας F; corr. Torellius. προαγουμένᾳ] scripsi; προαγομενα F, uulgo. 20. ἐσσείται] scripsi; εσται per comp. F, uulgo. 21. περιγεγραμμένον σχῆμα Torellius. τομαιων F.

ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι ἴσος τῷ κοινὰν ἔχοντι πλευρὰν τομεῖ τῶν ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι τομέων. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ πάντες οἱ τομεῖς πάντεσσιν ἴσοι ἐσσοῦνται. ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐν τῷ χωρίῳ τῷ περιγεγραμμένῳ περὶ τὸ χωρίον σχήματι χωρὶς τοῦ $\Theta AK$ τομέως. μόνος γὰρ οὗτος οὐ λελάπται τῶν ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένου μεῖζόν ἐστι τῷ $AK\Theta$ τομεῖ, ὃς ἐλάσσων ἐστὶν τοῦ προτεθέντος.

## ΠΟΡΙΣΜΑ.

ἐκ τούτου δὲ φανερόν, ὅτι δυνατόν ἐστι περὶ τὸ εἰρημένον χωρίον σχῆμα, οἷον εἰρήται, γράφειν, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα μεῖζον εἶμεν τοῦ χωρίου ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου, καὶ πάλιν ἐγγράφειν, ὥστε τὸ χωρίον ὁμοίως μεῖζον εἶμεν τοῦ ἐγγραφέντος σχήματος ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου.

## κβʹ.

Λαβόντα τὸ χωρίον τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶς ἕλικος τᾶς ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ γεγραμμένας καὶ τᾶς εὐθείας, ἅ ἐστι δευτέρα τᾶν ἐν τᾷ ἀρχᾷ τᾶς περιφορᾶς δυνατόν ἐστι περὶ αὐτὸ σχῆμα ἐπίπεδον περιγράψαι ἐξ ὁμοίων τομέων συγκείμενον καὶ ἄλλο ἐγγράψαι, ὥστε τὸ περιγραφὲν τοῦ ἐγγραφέντος μεῖζον εἶμεν ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου.

4. εσουνται F, uulgo. 5. τῷ] (alterum) το F. 7. οὐ] addidi cum Nizzio; om. F, uulgo; λέλειπται B. 9. μεῖζον] BCD; μειζων F, uulgo. 14. εἶμεν] Torellius; ειναι per comp. F, uulgo. 15. ἐλάσσονι] ελασσον ειμεν F; corr. B. παλ cum

sectorum unusquisque eorum, qui in figura inscripta sunt, aequalis est sectori latus commune habenti eorum, qui in figura circumscripta sunt. adparet igitur, etiam omnes sectores omnibus aequales fore. itaque figura spatio inscripta aequalis est figurae circumscriptae praeter sectorem $\Theta AK$. hic enim solus non adsumptus est eorum, qui in figura circumscripta sunt. adparet igitur, figuram circumscriptam excedere inscriptam sectore $AK\Theta$, qui minor est spatio dato [ex hypothesi].

### COROLLARIUM.

Hinc autem manifestum est, fieri posse, ut circum spatium, quod commemorauimus, figura huiusmodi describatur, ita ut figura circumscripta spatium excedat spatio minore, quam est quodlibet spatium datum, et rursus inscribatur, ita ut spatium eodem modo figuram inscriptam excedat spatio minore, quam est quodlibet datum spatium.[1])

## XXII.

Sumpto spatio comprehenso spirali secunda circumactione descripta et linea secunda earum, quae in principio circumactionis sunt, fieri potest, ut circum id [spatium] figura plana circumscribatur et alia inscribatur ex similibus sectoribus compositae, ita ut figura circumscripta excedat inscriptam spatio minore, quam est quodlibet datum spatium.

1) Nam spatium maius est figura inscripta, minus uero circumscripta.

comp. ηυ uel ιυ F. 16. μειξ cum comp. ωυ F. 19. κγ′ F. 20. υπό τε B, Torellius.

ἔστω ἕλιξ, ἐφ' ἇς ἁ ΑΒΓΔΕ, ἐν τᾷ δευτέρᾳ περιφορᾷ γεγραμμένα. καὶ ἔστω τὸ μὲν Θ σαμεῖον ἀρχὰ τᾶς ἕλικος, ἁ δὲ ΑΘ ἀρχὰ τᾶς περιφορᾶς, ἁ δὲ ΕΑ ἁ δευτέρα εὐθεῖα τᾶν ἐν τᾷ ἀρχᾷ τᾶς περιφορᾶς. ὁ δὲ ΑΖΗ κύκλος ἔστω δεύτερος, καὶ αἱ ΑΓΗ, ΖΙ διαμέτροι αὐτοῦ ποτ' ὀρθὰς ἀλλάλαις. πάλιν οὖν δίχα τεμνομένας τᾶς ὀρθᾶς γωνίας καὶ τοῦ τομέως τοῦ τὰν ὀρθὰν γωνίαν περιέχοντος ἐσσεῖται τὸ καταλειπόμενον ἔλασσον τοῦ προτεθέντος. καὶ ἔστω γεγενημένος ὁ ΘΚΑ τομεὺς ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος. διαιρεθεισᾶν δὴ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν εἰς τὰς ἴσας γωνίας τᾷ ὑπὸ τᾶν ΚΘ, ΘΑ καὶ τῶν ἄλλων κατασκευασθέντων κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον ἐσσεῖται τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος μεῖζον ἐλάσσονι, ἢ ὁ τομεὺς ὁ ΘΚΑ. μεῖζον γὰρ ἐσσεῖται τᾷ ὑπεροχᾷ, ᾇ ὑπερέχει ὁ ΘΚΑ τομεὺς τοῦ ΘΕΡ.


## ΠΟΡΙΣΜΑ Α'.

δῆλον οὖν, ὅτι δυνατόν ἐστι καὶ τὸ περιγραφὲν σχῆμα τοῦ λαφθέντος χωρίου μεῖζον εἶμεν ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου, καὶ πάλιν τὸ λαφθὲν χωρίον μεῖζον εἶμεν τοῦ ἐγγραφέντος σχήματος ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου.

---

6. *ΑΓΗ*] α*ΓΗ* F; corr. ACD; *ΓΗ* B, ed. Basil.; *ΑΗ* Torellius. ποτ'] προς per comp. F; corr. Torellius. αλληλαις F; corr. Torellius. 7. παλ cum comp. ην uel ιν F, ut lin. 21. ἀεὶ δίχα Torellius. 8. την ορθην (comp.) F; corr. Torellius. 9. καὶ ἔστω ad προτεθέντος lin. 11 mg. F, manu 1, signo adposito, quod idem in textu exstat; χωρίου addidit (lin. 11) ed. Basil., Torellius. 12. τᾶν] των per comp. F; corr. Torellius. *ΚΘΑ* F, uulgo. 15. μεῖζον] (alt.) μειζων per comp. F; corr. Torellius. 16. τᾷ] Torellius; ἁ F, uulgo. 20. λαμφθεντος F.

sit spiralis, in qua sit $AB\Gamma\Delta E$, secunda circumactione descripta. et punctum $\Theta$ principium sit spiralis, linea autem $A\Theta$ principium circumactionis, linea autem $EA$ secunda earum, quae in principio circumactionis sunt. et circulus $AZH$ secundus sit, et $A\Gamma H$, $ZI$ diametri eius inter se perpendiculares. rursus igitur recto angulo et sectore rectum angulum comprehendenti in partes aequales diuiso, quod relinquitur, minus erit dato spatio [Eucl. X, 1]. et ortus sit sector $\Theta KA$ dato spatio minor. angulis igitur rectis [quattuor] in angulos aequales angulo lineis $K\Theta$, $\Theta A$ comprehenso diuisis et ceteris eodem modo, quo antea, comparatis figura circumscripta excedet inscriptam spatio minore, quam est sector $\Theta KA$. excedet enim spatio, quod est $\Theta KA \div \Theta EP$.




## COROLLARIUM I.

Adparet igitur, fieri posse, ut figura circumscripta spatium sumptum excedat spatio minore, quam est quodlibet spatium datum, et rursus ut spatium sumptum figuram inscriptam excedat spatio minore, quam est quodlibet datum spatium [p. 93 not. 1].

## ΠΟΡΙΣΜΑ Β′.

quo segmentum $B\Gamma\Theta$ spatium $Z$ excedit, sibi ipse additus maior erit triangulo $B\Gamma\Delta$ [p. 296, 9]. et fieri potest, ut sumatur spatium aliquod excessu minus, quod pars sit trianguli $B\Delta\Gamma$. sit igitur triangulus $B\Gamma E$ et excessu illo minor et pars trianguli $B\Delta\Gamma$. eadem autem pars lineae $B\Delta$ erit linea $BE$ [Eucl. VII, 1]. diuidatur igitur linea $B\Delta$ in partes [aequales lineae $BE$], et puncta diuisionum sint $H$, $I$, $K$. et a punctis $H$, $I$, $K$ ad punctum $\Gamma$ lineae ducantur. secant igitur sectionem coni, quoniam linea $\Gamma\Delta$ eam in puncto $\Gamma$ contingit. et per puncta, in quibus lineae illae sectionem secant, diametro parallelae ducantur lineae $M\Phi$, $NP$, $\Xi\Theta$, $\Pi O$. itaque etiam lineae $B\Delta$ parallelae erunt. iam quoniam est

$$B\Gamma E < B\Theta\Gamma \div Z,$$

adparet, esse $Z + B\Gamma E < B\Theta\Gamma$. triangulo $B\Gamma E$ autem aequalia sunt trapezia, per quae coni sectio ducta est, $ME$, $\Phi\Lambda$, $\Theta P$, $\Theta O$ cum triangulo $\Gamma O\Sigma$. nam tra-

*γὰρ ΜΕ τραπέζιον κοινόν, τὸ δὲ ΜΛ ἴσον τῷ ΦΛ, καὶ τὸ ΛΞ ἴσον τῷ ΘΡ, καὶ τὸ ΧΞ ἴσον τῷ ΟΘ, καὶ τὸ ΓΧΠ τρίγωνον τῷ ΓΟΣ τριγώνῳ. τὸ δὴ Ζ χωρίον ἔλασσόν ἐστι τῶν τραπεζίων τῶν ΜΛ, ΞΡ, ΠΘ καὶ τοῦ ΠΟΓ τριγώνου. καί ἐστι τὸ ΒΔΓ τρίγωνον τριπλάσιον τοῦ Ζ χωρίου. τὸ δὴ ΒΔΓ ἔλασσόν ἐστιν ἢ τριπλάσιον τῶν ΜΛ, ΡΞ, ΘΠ τραπεζίων καὶ τοῦ ΠΟΓ τριγώνου· ὅπερ ἀδύνατον. ἐδείχθη γὰρ μεῖζον ἐὸν ἢ τριπλάσιον. οὐκοῦν οὐ μεῖζόν ἐστι τὸ ΒΘΓ τμᾶμα τοῦ Ζ χωρίου. λέγω δή, ὅτι οὐδὲ ἔλασσον. ἔστω γάρ, εἰ δυνατόν, ἔλασσον. πάλιν ἄρα ἁ ὑπεροχά, ᾇ ὑπερέχει τὸ Ζ χωρίον τοῦ ΒΘΓ τμάματος, αὐτὰ ἑαυτᾷ συντιθεμένα ὑπερέχει καὶ τοῦ ΒΔΓ τριγώνου. δυνατὸν δέ ἐστι λαβεῖν χωρίον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς, ὃ ἐσσεῖται μέρος τοῦ ΒΔΓ τριγώνου. ἔστω οὖν τὸ ΒΓΕ τρίγωνον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς καὶ μέρος τοῦ ΒΔΓ τριγώνου, καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ κατεσκευάσθω. ἐπεὶ οὖν ἐστι τὸ ΒΓΕ τρίγωνον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς, ᾇ ὑπερέχει τὸ Ζ χωρίον τοῦ ΒΘΓ τμάματος, τὸ ΒΕΓ τρίγωνον καὶ τὸ ΒΘΓ τμᾶμα ἀμφότερα ἐλάσσονά ἐστι τοῦ Ζ. ἔστιν δὲ καὶ τὸ Ζ χωρίον ἔλασσον τῶν τετραπλεύρων τῶν ΕΜ, ΦΝ, ΨΞ, ΠΤ καὶ τοῦ ΓΠΣ τριγώνου· ἔστιν γὰρ τὸ ΒΔΓ τοῦ μὲν Ζ τριπλάσιον, τῶν δὲ εἰρημένων χωρίων ἔλασσον ἢ τριπλάσιον, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐδείχθη. ἔλασσον ἄρα τὸ ΒΓΕ*

---

9. *ον* F, uulgo; om. ed. Basil., Torellius. 10. *τμημα* F; corr. Torellius, ut lin. 12, 19, 20. 11. *ἄρα*] addidi; om. F, uulgo. 20. *ἐστι*] per comp. F.

pezium $ME$ commune est, et $M\Lambda = \Phi\Lambda$, et $\Lambda\Xi = \Theta P$, et $X\Xi = O\Theta$[1]), et $\Gamma X\Pi = \Gamma O\Sigma$.[2]) itaque erit

$$Z < M\Lambda + \Xi P + \Pi\Theta + \Pi O\Gamma.^{3)}$$

et $B\Delta\Gamma = 3Z$. itaque erit

$$B\Delta\Gamma < 3(M\Lambda + P\Xi + \Theta\Pi + \Pi O\Gamma);$$

quod fieri non potest. nam demonstratum est, maiorem eum esse quam triplo maiorem [prop. 14—15]. itaque segmentum $B\Theta\Gamma$ maius non est spatio $Z$. dico igitur, id ne minus quidem esse. sit enim, si fieri potest, minus. rursus igitur excessus, quo spatium $Z$ segmentum $B\Theta\Gamma$ excedit, sibi ipse additus etiam triangulum $B\Delta\Gamma$ excedet [p. 296, 9]. et fieri potest, ut sumatur spatium excessu minus, ita ut pars sit trianguli $B\Delta\Gamma$. sit igitur triangulus $B\Gamma E$ et minor excessu et pars trianguli $B\Delta\Gamma$, et cetera eodem modo, quo supra [p. 330, 10], comparentur. quoniam igitur triangulus $B\Gamma E$ minor est excessu, quo spatium $Z$ segmentum $B\Theta\Gamma$ excedit, triangulus $BE\Gamma$ et segmentum $B\Theta\Gamma$ simul sumpta minora sunt spatio $Z$. sed etiam $Z < EM + \Phi N + \Psi\Xi + \Pi T + \Gamma\Pi\Sigma$; nam $B\Delta\Gamma = 3Z$, sed

$$B\Delta\Gamma < 3(EM + \Phi N + \Psi\Xi + \Pi T + \Gamma\Pi\Sigma),$$

---

1) Nam $M\Lambda : \Phi\Lambda = N\Lambda : \Lambda P$ (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 180 nr. 11); sed $N\Lambda = \Lambda P$, quia

$$N\Lambda : \Lambda P = BE : EH \text{ (ibid. p. 178 nr. 3)},$$

et $BE = EH$.

2) Nam $\Pi X = O\Sigma$, quia $BE = K\Delta$ (ibid. p. 178 nr. 3), et altitudo communis est.

3) Nam $ME + N\Phi + \Xi\Psi + \Pi T + \Pi\Sigma\Gamma > B\Theta\Gamma$ et


$$\frac{ME + \Phi\Lambda + \Theta P + \Theta O + \Gamma O\Sigma = B\Gamma E}{M\Lambda + \Xi P + \Pi\Theta + \Pi O\Gamma > B\Theta\Gamma \div B\Gamma E.}$$

sed $B\Theta\Gamma \div B\Gamma E > Z$.

τρίγωνον καὶ τὸ ΒΘΓ τμᾶμα τῶν τετραπλεύρων τῶν ΕΜ, ΦΝ, ΞΨ, ΠΤ καὶ τοῦ ΓΠΣ τριγώνου. ὥστε κοινοῦ ἀφαιρεθέντος τοῦ τμάματος ἔλασσον εἴη κα καὶ τὸ ΓΒΕ τρίγωνον τῶν περιλειπομένων χωρίων· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. ἐδείχθη γὰρ ἴσον ἐὸν τὸ ΒΕΓ τρίγωνον τοῖς τραπεζίοις τοῖς ΕΜ, ΦΛ, ΘΡ, ΘΟ καὶ τῷ ΓΟΣ τριγώνῳ, ἅ ἐντι μείζονα τῶν περιλειπομένων χωρίων. οὐκ ἄρα ἔλασσον τὸ ΒΘΓ τμᾶμα τοῦ Ζ χωρίου· ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ μεῖζον. ἴσον ἄρα τὸ τμᾶμα τῷ Ζ χωρίῳ.

## ιζʹ.

Τούτου δεδειγμένου φανερόν, ὅτι πᾶν τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας τε καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ τριγώνου τοῦ ἔχοντος βάσιν τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ὕψος ἴσον.




ἔστω γὰρ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας τε καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, κορυφὰ δὲ αὐτοῦ ἔστω τὸ Θ σαμεῖον. καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τρίγωνον τὸ ΒΘΓ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι καὶ ὕψος ἴσον. ἐπεὶ οὖν τὸ Θ σαμεῖον κορυφά ἐστι τοῦ τμάματος, ἁ ἀπὸ τοῦ Θ εὐθεῖα παρὰ τὰν διάμετρον ἀχθεῖσα δίχα τέμνει τὰν ΒΓ, καὶ ἁ ΒΓ ἐστι παρὰ τὰν ἐπιψαύου-

1. *τμημα* F; corr. Torellius, ut lin. 3, 8, 9, 12, 16, 17, 22. 3. *κα*] addidi; om. F, uulgo. 13. *τομης* F. 17. *τμᾶμα τὸ ΒΘΓ* Nizzius. 27. *καί*] *ἐπεί* Nizzius.

ut in propositione praecedenti[1]) demonstratum est. itaque

$$B\Gamma E + B\Theta\Gamma < EM + \Phi N + \Xi\Psi + \Pi T + \Gamma\Pi\Sigma.$$

quare ablato, quod commune est, segmento triangulus $\Gamma B E$ minor erit spatiis reliquis; quod fieri non potest. nam demonstratum est, triangulum $BE\Gamma$ aequalem esse $EM + \Phi\Lambda + \Theta P + \Theta O + \Gamma O\Sigma$ [p. 330, 22], quae maiora sunt spatiis reliquis. itaque segmentum $B\Theta\Gamma$ minus non est spatio $Z$; et demonstratum est, id ne maius quidem esse. itaque segmentum aequale est spatio $Z$.

## XVII.

Hoc demonstrato manifestum est, quoduis segmentum linea recta et sectione coni rectanguli comprehensum tertia parte maius esse triangulo eandem basim habenti, quam segmentum, et altitudinem aequalem.

sit enim [$B\Theta\Gamma$] segmentum linea recta et sectione coni rectanguli comprehensum, uertex autem eius sit punctum $\Theta$, et ei inscribatur triangulus $B\Theta\Gamma$ eandem basim habens, quam segmentum, et altitudinem aequalem. iam quoniam punctum $\Theta$ uertex est segmenti, linea a puncto $\Theta$ diametro parallela ducta lineam $B\Gamma$ in duas partes aequales diuidit[2]), et linea $B\Gamma$ lineae in $\Theta$ sectionem contingenti parallela est [prop. 1, b].

---

1) H. e. prop. 14—15, quae fortasse in unum coniungendae erant.

2) Per conuersam prop. 18. mirum est, Archimedem iam hoc loco nomina βάσις τοῦ τμάματος et κορυφὰ τοῦ τμάματος usurpasse, quae infra demum (p. 336, 12) definiuntur.

*σαν τᾶς τομᾶς κατὰ τὸ Θ. ἄχθω δὲ ἁ ΕΘ παρὰ τὰν διάμετρον, ἄχθω δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Β παρὰ τὰν διάμετρον ἁ ΒΔ, ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἁ ΓΔ ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Γ. ἐπεὶ οὖν ἁ μὲν ΚΘ παρὰ τὰν διάμετρόν ἐστιν, ἁ δὲ ΓΔ ἐπιψαύουσα τᾶς τομᾶς κατὰ τὸ Γ, ἁ δὲ ΕΓ παράλληλός ἐστι τᾷ ἐπιψαυούσᾳ τᾶς τομᾶς κατὰ τὸ Θ, τὸ ΒΔΓ τρίγωνον τετραπλάσιόν ἐστι τοῦ ΒΘΓ τριγώνου. ἐπεὶ δὲ τὸ ΒΔΓ τρίγωνον τοῦ μὲν ΒΘΓ τμάματος τριπλάσιόν ἐστι, τοῦ δὲ ΒΘΓ τριγώνου τετραπλάσιον, δῆλον, ὡς ἐπίτριτόν ἐστι τὸ ΒΘΓ τμᾶμα τοῦ ΒΘΓ τριγώνου.*

*Τῶν τμαμάτων τῶν περιεχομένων ὑπό τε εὐθείας καὶ καμπύλας γραμμᾶς βάσιν μὲν καλέω τὰν εὐθεῖαν, ὕψος δὲ τὰν μεγίσταν κάθετον ἀπὸ τᾶς καμπύλας γραμμᾶς ἀγομέναν ἐπὶ τὰν βάσιν τοῦ τμάματος, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, ἀφ᾽ οὗ ἁ μεγίστα κάθετος ἀγέται.*

*ιη΄.*

*Εἴ κα ἐν τμάματι, ὃ περιεχέται ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, ἀπὸ μέσας τᾶς βάσιος ἀχθῇ εὐθεῖα παρὰ τὰν διάμετρον, κορυφὰ ἐσσείται τοῦ τμάματος τὸ σαμεῖον, καθ᾽ ὃ ἁ παρὰ τὰν διάμετρον ἀχθεῖσα τέμνει τὰν τοῦ κώνου τομάν.*

*ἔστω γὰρ τμᾶμα τὸ ΑΒΓ περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, καὶ ἀπὸ μέσας τᾶς ΑΓ ἄχθω ἁ ΔΒ παρὰ τὰν διάμετρον. ἐπεὶ οὖν ἐν ὀρθογωνίου κώνου τομᾷ ἁ ΒΔ ἄκται παρὰ τὰν*

---

9. *τμηματος* F, uulgo. 11. *τμᾶμα τοῦ ΒΘΓ*] *του ΒΔΓ* F; corr. B (*τμημα*; corr. Torellius). 12. *τμηματων* F; corr. Torellius, ut lin. 15, 18, 20, 23. 13. *καλω* F, uulgo. 14. *ἀπό*] *απο επι* FC. 15. *απτομεναν* F; corr. B. 19. *βασεως* F, uulgo. 22. *τὰν τοῦ*] *τα του* F. 25. *οὖν*] per comp. F. 26. *ορθωγωνιου* F, uulgo. *κώνου*] om. F; corr. Torellius.

ducatur autem $E\Theta$ diametro parallela, et etiam a puncto $B$ diametro parallela ducatur $B\Delta$, et a $\Gamma$ linea $\Gamma\Delta$ coni sectionem in puncto $\Gamma$ contingens. quoniam igitur linea $K\Theta$ diametro parallela est, $\Gamma\Delta$ autem sectionem in $\Gamma$ contingit, et $E\Gamma$ lineae sectionem in $\Theta$ contingenti parallela est, erit $B\Delta\Gamma = 4 B\Theta\Gamma$.[1]) et quoniam triangulus $B\Delta\Gamma$ triplo maior est segmento $B\Theta\Gamma$ [prop. 16], et quadruplo maior triangulo $B\Theta\Gamma$, adparet, segmentum $B\Theta\Gamma$ tertia parte maius esse triangulo $B\Theta\Gamma$.

Segmentorum linea recta et curua aliqua linea comprehensorum basim uoco lineam rectam, altitudinem autem maximam earum linearum, quae a curua linea ad basim perpendiculares ducantur, uerticem autem punctum, unde perpendicularis maxima ducatur.

## XVIII.


Si in segmento linea recta et coni rectanguli sectione comprehenso a media basi linea diametro parallela ducitur, uertex segmenti erit punctum, in quo linea diametro parallela coni sectionem secat.[2])

sit enim $AB\Gamma$ segmentum linea recta et coni rectanguli sectione comprehensum, et a media linea $A\Gamma$ ducatur $\Delta B$ diametro parallela. quoniam igitur in sectione coni rectanguli linea $B\Delta$ diametro par-

1) Nam $EK : B\Delta = E\Gamma : B\Gamma = 1 : 2$; sed $E\Theta = \Theta K$ (prop. 2). et $B\Theta\Gamma : B\Gamma\Delta = E\Theta : B\Delta$ (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 178 nr. 7) $= 1 : 4$.

2) Linea $\Delta B$ diametrus segmenti erit (cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 44 et p. 51 nr. 14). tum cfr. Apollon. I def. 11: *κορυφὴν δὲ τῆς καμπύλης γραμμῆς τὸ πέρας τῆς εὐθείας* (h. e. *τῆς διαμέτρου*) *τὸ πρὸς τῇ γραμμῇ*.

διάμετρον, καὶ ἴσαι ἐντὶ αἱ ΑΔ, ΔΓ, δῆλον, ὡς παράλληλός ἐντι ἅ τε ΑΓ καὶ ἁ κατὰ τὸ Β ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς. φανερὸν οὖν, ὅτι τᾶν ἀπὸ τᾶς τομᾶς ἐπὶ τὰν ΑΓ ἀγομέναν καθέτων μεγίστα ἐσσεῖται ἁ ἀπὸ τοῦ Β ἀγομένα. κορυφὰ οὖν ἐστιν τοῦ τμάματος τὸ Β σαμεῖον.




ιθʹ.

Ἐν τμάματι περιεχομένῳ ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς ἁ ἀπὸ μέσας τᾶς βάσιος ἀχθεῖσα τᾶς ἀπὸ μέσας τᾶς ἡμισείας ἀγομένας ἐπίτριτος ἐσσεῖται μάκει.

ἔστω γὰρ τὸ ΑΒΓ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, καὶ ἄχθω παρὰ τὰν διάμετρον ἁ μὲν ΒΔ ἀπὸ μέσας τᾶς ΑΓ, ἁ δὲ ΕΖ ἀπὸ μέσας τᾶς ΑΔ. ἄχθω δὲ καὶ ἁ ΖΘ παρὰ ΑΓ. ἐπεὶ οὖν ἐν ὀρθογωνίου κώνου τομᾷ ἁ ΒΔ παρὰ τὰν διάμετρον ἄκται, καὶ αἱ ΑΔ, ΖΘ παρὰ τὰν κατὰ τὸ Β ἐπιψαύουσαν τᾶς τομᾶς ἐντι, δῆλον, ὡς τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΘ μάκει, ὃν ἁ ΑΔ ποτὶ τὰν ΖΘ δυνάμει. τετραπλασία ἄρα ἐστὶν καὶ ἁ ΒΔ τᾶς ΒΘ μάκει. φανερὸν οὖν, ὅτι ἐπίτριτός ἐστιν ἁ ΒΔ τᾶς ΕΖ μάκει.


1. παραλλήλοι? 4. τᾶν] om. F; corr. Torellius. 5 αγομενασ F; corr. Torellius. καθέτων] scripsi; καθετος F uulgo. 8. τμηματος F; corr. Torellius. 10. ἐν τμάματι περιεχομένῳ] scripsi; cfr. Quaest. Arch. p. 153; εικα τμημα περιεχομενον F, uulgo; εἴκα εἰς τμῆμα περιεχόμενον ed. Basil. Torellius (αἴκα—τμᾶμα). 11. βασεως F, uulgo. 18. κωνω F 20. τᾶς τομᾶς ἐντι] scripsi; αιμεντι F, uulgo; ἔσται μέντοι B ed. Basil.; ἔστι μέντοι Torellius. ταν αυταν F. 21. ἔχοντι ἔχει Ien.; fort. pro ὅν lin. 21 scrib. καί.

allela ducta est, et $A\Delta = \Delta\Gamma$, adparet, lineam $A\Gamma$ et lineam in puncto $B$ sectionem coni contingentem parallelas esse [prop. 1, b]. itaque manifestum est, linearum, quae a sectione ad lineam $A\Gamma$ perpendiculares ducantur, maximam fore lineam a puncto $B$ ductam.[1]) itaque punctum $B$ uertex est sectionis [p. 336, 15].

## XIX.

In segmento linea recta et sectione coni rectanguli comprehenso linea a media basi [diametro parallela][2]) ducta tertia parte maior est longitudine quam linea a media basi dimidia [eodem modo] ducta.

sit enim $AB\Gamma$ segmentum linea recta et sectione coni rectanguli comprehensum, et diametro parallelae ducantur a media linea $A\Gamma$ linea $B\Delta$ et a media linea $A\Delta$ linea $EZ$. et ducatur etiam $Z\Theta$ lineae $A\Gamma$ parallela. quoniam igitur in sectione coni rectanguli $B\Delta$ diametro parallela ducta est, et lineae $A\Delta$, $Z\Theta$ lineae in $B$ sectionem contingenti parallelae sunt[3]), adparet, esse $B\Delta : B\Theta = A\Delta^2 : Z\Theta^2$ [prop. 3]. itaque etiam $B\Delta = 4 B\Theta$.[4]) manifestum est igitur, esse $B\Delta = \frac{4}{3} EZ$.[5])




1) Nam si ullius puncti sectionis distantia maior esset, pars sectionis extra lineam in $B$ contingentem caderet. itaque coni sectionem secaret, quod contra hypothesim est.

2) Fortasse lin. 11 post ἀχθεῖσα addendum: παρὰ τὰν διάμετρον.

3) Quia $A\Delta = \Delta\Gamma$; tum u. prop. 1, b.


4) Nam $A\Delta = 2 Z\Theta$.

5) Nam $\Theta\Delta = 3 B\Theta = EZ$.

κʹ.

*Εἴ κα εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς τρίγωνον ἐγγραφῇ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι καὶ ὕψος τὸ αὐτό, μεῖζον ἐσσείται τὸ ἐγγραφὲν τρίγωνον ἢ ἥμισυ τοῦ τμάματος.*

*ἔστω γὰρ τὸ ΑΒΓ τμᾶμα, οἷον εἰρήται, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ τὰν αὐτὰν ἔχον βάσιν τῷ ὅλῳ καὶ ὕψος ἴσον. ἐπεὶ οὖν τὸ τρίγωνον τῷ τμάματι τὰν αὐτὰν ἔχει βάσιν καὶ ὕψος τὸ αὐτό, ἀναγκαῖον, τὸ Β σαμεῖον κορυφὰν εἶμεν τοῦ τμάματος. παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἁ ΑΓ τᾷ κατὰ τὸ Β ἐπιψαυούσᾳ τᾶς τομᾶς. ἄχθω ἁ ΔΕ διὰ τοῦ Β παρὰ τὰν ΑΓ, καὶ ἀπὸ τῶν Α, Γ αἱ ΑΔ, ΓΕ παρὰ τὰν διάμετρον. πεσοῦνται δὴ αὐταὶ ἐκτὸς τοῦ τμάματος. ἐπεὶ οὖν ἥμισύ ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τοῦ ΑΔΕΓ παραλληλογράμμου, φανερόν, ὅτι μεῖζόν ἐστιν ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ τμάματος.*




ΠΟΡΙΣΜΑ.

*Τούτου δεδειγμένου δῆλον, ὅτι [ὡς] ἐς τοῦτο τὸ τμᾶμα δυνατόν ἐστι πολύγωνον ἐγγράψαι, ὥστε εἶμεν τὰ περιλειπόμενα τμάματα παντὸς ἐλάσσονα τοῦ προτεθέντος χωρίου. ἀφαιρουμένου γὰρ ἀεὶ μείζονος τοῦ*

2. *τμᾶμα*] *τημα* F; corr. Torellius; *τμῆμα* uulgo. 3. *ενγραφη* F. 5. *εσται* per comp. F, uulgo. *τμηματος* F; corr. Torellius, ut lin. 6, 9, 10, 17, 20, 23. 10. *ειναι* per comp. F; corr. Torellius. 15. *τῶν*] *ταν* F. 21. *πόρισμα* addidi. 22. *τούτου*] om. F; corr. Torellius. *ὡς*] deleo. 24. *περιπομενα* F; corr. BC.

## XX.

Si segmento linea recta et coni rectanguli sectione comprehenso triangulus inscribitur eandem basim habens, quam segmentum, et altitudinem eandem, triangulus inscriptus maior erit dimidia parte segmenti.

sit enim $AB\Gamma$ segmentum, quale diximus, et ei inscribatur triangulus $AB\Gamma$ eandem basim habens, quam totum [segmentum], et altitudinem aequalem. quoniam igitur triangulus eandem basim habet, quam segmentum, et altitudinem eandem, necesse est, punctum $B$ uerticem esse segmenti.[1]) itaque $A\Gamma$ lineae in $B$ sectionem contingenti parallela est.[2]) ducatur per punctum $B$ lineae $A\Gamma$ parallela linea $\Delta E$, et a punctis $A$, $\Gamma$ diametro parallelae lineae $A\Delta$, $\Gamma E$. cadent igitur extra segmentum.[3]) quoniam igitur

$$AB\Gamma = \tfrac{1}{2} A\Delta E\Gamma \text{ [Eucl. I, 41)},$$

manifestum est, maiorem eum esse dimidia parte segmenti.

### COROLLARIUM.

Hoc demonstrato adparet, fieri posse, ut tali segmento polygonum inscribatur, ita ut segmenta reliqua minora sint quouis spatio dato. nam si semper spatium, quod propter hanc propositionem [20] maius est

---

1) Nam altitudo trianguli linea est a $B$ ad $A\Gamma$ perpendicularis, quae cum etiam segmenti sit altitudo, maxima erit linearum a sectione ad $A\Gamma$ perpendicularium (p. 336, 14); tum u. p. 336, 15.

2) Nam linea a $B$ diametro parallela ducta lineam $A\Gamma$ in duas partes aequales diuidet (per conuersam prop. 18; cfr. prop. 17 p. 334, 25); tum u. prop. 1, b.


3) *Περὶ κωνοειδ.* 16; Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 53 nr. 19.

ἡμίσεος διὰ τοῦτο, φανερόν, ὅτι ἐλασσοῦντες ἀεὶ τὰ λειπόμενα τμάματα ποιήσομες ταῦτα ἐλάσσονα παντὸς τοῦ προτεθέντος χωρίου.

κα΄.

Εἴ κα εἰς τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς τρίγωνον ἐγγραφῇ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι καὶ ὕψος τὸ αὐτό, ἐγγραφέωντι δὲ καὶ ἄλλα τρίγωνα ἐς τὰ λειπόμενα τμάματα τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσιν καὶ ὕψος τὸ αὐτό, ἑκατέρου τῶν τριγώνων τῶν εἰς τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἐγγραφέντων ὀκταπλάσιον ἐσσεῖται τὸ τρίγωνον τὸ εἰς τὸ ὅλον τμᾶμα ἐγγραφέν.

ἔστω τὸ $AB\Gamma$ τμᾶμα, οἷον εἰρήται, καὶ τετμάσθω ἁ $A\Gamma$ δίχα τῷ $\Delta$, ἁ δὲ $B\Delta$ ἄχθω παρὰ τὰν διάμετρον. τὸ $B$ ἄρα σαμεῖον κορυφά ἐστιν τοῦ τμάματος. τὸ ἄρα $AB\Gamma$ τρίγωνον τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχει τῷ τμάματι καὶ ὕψος τὸ αὐτό. πάλιν τετμάσθω δίχα ἁ $A\Delta$




τῷ $E$, καὶ ἄχθω ἁ $EZ$ παρὰ τὰν διάμετρον, τετμάσθω δὲ ἁ $AB$ κατὰ τὸ $\Theta$. τὸ ἄρα $Z$ σαμεῖον κορυφά ἐστι τοῦ τμάματος τοῦ $AZB$. τὸ δὴ $AZB$ τρίγωνον τὰν

1. ημισους F, uulgo. 2. τμηματα F; corr. Torellius, ut lin. 5, 7, 8, 11, 12, 13, 15, 16. ποιησομεν F, uulgo. 9. τμη-

parte dimidia, abstulerimus, manifestum est, nos spatia reliqua semper minuentes [aliquando] ea minora facturos esse quouis spatio dato [Eucl. X, 1].

## XXI.

Si segmento linea recta et coni rectanguli sectione comprehenso triangulus inscribitur eandem basim habens, quam segmentum, et altitudinem eandem, et etiam segmentis reliquis alii trianguli inscribuntur eandem basim habentes, quam segmenta, et altitudinem eandem, triangulus toti segmento inscriptus aequalis erit utriuis triangulorum segmentis reliquis inscriptorum octies sumpto.

sit $AB\Gamma$ segmentum, quale diximus, et linea $A\Gamma$ in puncto $\Delta$ in duas partes aequales diuidatur, et $B\Delta$ diametro parallela ducatur. itaque $B$ punctum uertex est segmenti [prop. 18]. itaque triangulus $AB\Gamma$ eandem basim habet, quam segmentum, et altitudinem eandem.[1]) rursus linea $A\Delta$ in puncto $E$ in duas partes aequales diuidatur, et diametro parallela ducatur $EZ$, et ab ea linea $AB$ in $\Theta$ secetur. itaque punctum $Z$ uertex est segmenti $AZB$.[2]) quare triangulus $AZB$ eandem ba-

1) Nam altitudo trianguli linea est ab $B$ ad $A\Gamma$ perpendicularis, quae eadem altitudo est segmenti, quia $B$ uertex est (p. 336, 15).

2) Nam $E\Theta \parallel B\Delta$; itaque $AE : E\Delta = A\Theta : \Theta B$; sed $AE = E\Delta$; quare $A\Theta = \Theta B$; tum u. prop. 18.

μασιν F; τμηματεσσι uulgo; τμαματεσσι Torellius. 11. εσται per comp. F, uulgo. 13. τετμησθω F; corr. Torellius, ut lin. 17, 18. 19. σημειον F. κορυφη F; corr. Torellius. 20. τοῦ] alterum suprascr. manu 1 F. τμηματος F.

*αὐτὰν βάσιν ἔχει τῷ ΑΖΒ τμάματι καὶ ὕψος τὸ αὐτό. δεικτέον, ὅτι ὀκταπλάσιόν ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τοῦ ΑΒΖ τριγώνου.*

*ἔστιν οὖν ἁ ΒΔ τᾶς μὲν ΕΖ ἐπίτριτος, τᾶς δὲ ΕΘ διπλασία. διπλασία ἄρα ἐστὶν ἁ ΕΘ τᾶς ΘΖ. ὥστε καὶ τὸ ΑΕΒ τρίγωνον διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΖΒΑ· τὸ μὲν γὰρ ΑΕΘ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΑΘΖ, τὸ δὲ ΘΒΕ τοῦ ΖΘΒ. ὥστε τὸ ΑΒΓ τοῦ ΑΖΒ ἐστι ὀκταπλάσιον. ὁμοίως δὲ δειχθησέται καὶ τοῦ εἰς τὸ ΒΗΓ τμᾶμα ἐγγραφέντος.*

*κβ'.*

*Εἴ κα ᾖ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, καὶ χωρία τεθέωντι ἑξῆς ὁποσαοῦν ἐν τῷ τετραπλασίονι λόγῳ, ᾖ δὲ τὸ μέγιστον τῶν χωρίων ἴσον τῷ τριγώνῳ τῷ βάσιν ἔχοντι τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ὕψος τὸ αὐτό, σύμπαντα τὰ χωρία ἐλάσσονα ἐσσεῖται τοῦ τμάματος.*

*ἔστω γὰρ τμᾶμα τὸ ΑΔΒΕΓ περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, χωρία δὲ ἔστω ὁποσαοῦν ἑξῆς κείμενα τὰ Ζ, Η, Θ, Ι, τετραπλάσιον δὲ ἔστω τὸ ἁγούμενον τοῦ ἑπομένου, μέγιστον δὲ ἔστω τὸ Ζ, καὶ ἔστω τὸ Ζ ἴσον τῷ τριγώνῳ τῷ βάσιν ἔχοντι τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ὕψος ἴσον. λέγω, ὅτι τὸ τμᾶμα τῶν Ζ, Η, Θ, Ι χωρίων μεῖζόν ἐστιν.*

*ἔστω τοῦ μὲν ὅλου τμάματος κορυφὰ τὸ Β, τῶν δὲ περιλειπομένων τμαμάτων τὰ Δ, Ε. ἐπεὶ οὖν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ὀκταπλάσιόν ἐστιν ἑκατέρου τῶν ΑΒΔ, ΒΕΓ*

---

1. *τῷ*] *το* F. *τμηματι* F; corr. Torellius, ut lin. 12, 16, 17, 18, 23, 24, 25, 26. 10. *τμηματος* F; corr. B. 13. *τομης*

sim habet, quam segmentum $AZB$, et altitudinem eandem. demonstrandum est, esse $AB\Gamma = 8\,ABZ$.

iam est $B\Delta = \frac{4}{3}EZ$ [prop. 19], sed etiam

$$B\Delta = 2\,E\Theta.^{1)}$$

itaque $E\Theta = 2\Theta Z$.[2]) quare etiam $AEB = 2ZBA$; nam $AE\Theta = 2A\Theta Z$ et $\Theta BE = 2Z\Theta B$ [Eucl. VI, 1]. quare est $AB\Gamma = 8AZB$.[3]) et eodem modo demonstrabimus, esse etiam $AB\Gamma = 8BH\Gamma$.

## XXII.

Si datum est segmentum linea recta et coni rectanguli sectione comprehensum, et ponuntur spatia quotlibet, quae deinceps in quadrupla proportione sunt, et maximum spatium aequale est triangulo basim habenti eandem, quam segmentum, et altitudinem eandem, omnia simul spatia minora erunt segmento.

sit enim $A\Delta BE\Gamma$ segmentum recta linea et coni rectanguli sectione comprehensum, et ponantur quotlibet spatia deinceps, $Z$, $H$, $\Theta$, $I$, et praecedens quadruplo maius sit sequenti, et maximum sit $Z$, et $Z$ aequale sit triangulo basim eandem habenti, quam segmentum, et altitudinem aequalem. dico, segmentum maius esse spatiis $Z$, $H$, $\Theta$, $I$.


totius segmenti uertex sit $B$, et segmentorum reliquorum uertices $\Delta$, $E$. quoniam igitur

$$AB\Gamma = 8\,AB\Delta = 8\,BE\Gamma \text{ [prop. 21]},$$

1) Nam $AE : A\Delta = E\Theta : B\Delta = 1 : 2$.
2) Nam $E\Theta = \frac{2}{3}EZ$; itaque $\Theta Z = \frac{1}{3}EZ$.
3) Nam $AB\Gamma = 2AB\Delta = 2(ABE + BE\Delta) = 4ABE$.

F. 17. εσται per comp. F, uulgo. 19. κώνου] om. F; corr. V. 21. ηγουμενον F, uulgo. 26. ἐπεί] επι F.

*τριγώνων, δῆλον, ὅτι [ὡς] ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐστι τετραπλάσιον. καὶ ἐπεὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ Ζ χωρίῳ, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὰ ΑΔΒ, ΒΕΓ τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ Η χωρίῳ, ὁμοίως δὲ δειχθησέται*




*καὶ τὰ εἰς τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἐγγραφόμενα τρίγωνα τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσιν καὶ ὕψος τὸ αὐτὸ ἴσα ἐόντα τῷ Θ, καὶ τὰ ἐς τὰ ὕστερον γενόμενα τμάματα ἐγγραφόμενα τρίγωνα ἴσα τῷ Ι χωρίῳ, σύμπαντα ἄρα τὰ προτεθέντα χωρία ἴσα ἐσσοῦνται πολυγώνῳ τινι ἐγγραφέντι εἰς τὸ τμᾶμα. φανερὸν οὖν, ὅτι ἐλάσσονά ἐστι τοῦ τμάματος.*

*κγ΄.*


*Εἴ κα μεγέθεα τεθέωντι ἑξῆς ἐν τῷ τετραπλασίονι λόγῳ, τὰ πάντα μεγέθεα καὶ ἔτι τοῦ ἐλαχίστου τὸ τρίτον μέρος ἐς τὸ αὐτὸ συντεθέντα ἐπίτριτα ἐσσοῦνται τοῦ μεγίστου.*

*ἔστω οὖν ὁποσαοῦν μεγέθεα ἑξῆς κείμενα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε τετραπλασίονα ἕκαστον τοῦ ἑπομένου, μέγιστον δὲ ἔστω τὸ Α. ἔστω δὲ τὸ μὲν Ζ τρίτον τοῦ Β, τὸ δὲ Η τοῦ Γ, το δὲ Θ τοῦ Δ, τὸ δὲ Ι τοῦ Ε.*

---

1. *ὡς* deleo. 3. *τῷ*] *το* F. 5. *οτι και* F, uulgo; *ὅτι* deleui. *τμηματα* F; corr. Torellius, ut lin. 8, 10, 11. 6. *τμημασιν* F, uulgo. 7. *ἴσα ἐόντα τῷ*] scripsi; *ισων οντων το*

adparet, esse $AB\Gamma = 4(AB\Delta + BE\Gamma)$. et quoniam $AB\Gamma = Z$, et eodem modo $A\Delta B + BE\Gamma = H$, et[1]) similiter demonstrabimus, etiam triangulos reliquis segmentis inscriptos eandem basim habentes, quam




segmenta, et altitudinem eandem aequales esse spatio $\Theta$, et triangulos segmentis deinde ortis inscriptos aequales spatio $I$, omnia igitur simul spatia data aequalia erunt polygono cuidam segmento inscripto. manifestum est igitur, minora ea esse segmento.

## XXIII.

Si magnitudines quaedam ponuntur in quadrupla deinceps proportione, omnes magnitudines et praeterea tertia pars minimae simul sumptae tertia parte maiores erunt maxima.[2])


ponantur igitur deinceps quotlibet magnitudines $A$, $B$, $\Gamma$, $\Delta$, $E$, singulae quadruplo maiores sequenti, et maxima sit $A$. sit autem $Z = \frac{1}{3}B$, $H = \frac{1}{3}\Gamma$, $\Theta = \frac{1}{3}\Delta$,

1) Lin. 3—4 suspicor, potius sic scribendum esse: *κατὰ ταῦτα δὴ καί . . . . χωρίῳ. ὁμοίως δή.*

2) Cfr. Quaest. Arch. p. 57—58. Figura aliter descripta est in F (u. infra).

(*ων* bis per comp.) F, uulgo; *ἴσα ἐντὶ τῷ* B, Torellius. *τὰ ἐς*] scripsi; *ες* F, uulgo. 9. *I*] $\overline{\text{ϙωι}}$ F; corr. B. 11. *ἐλάσσονα*] scripsi; *ελασσον* F, uulgo. 13. *τεθέωντι*] scripsi; *συντεθεωντι* F; *συντιθέωντι* uulgo. *ἑξῆς ὁποσαοῦν* Torellius. 18. *τετραπλάσιον* Nizzius.

*ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν Ζ τοῦ Β τρίτον μέρος ἐστίν, τὸ δὲ Β τοῦ Α τέταρτον μέρος ἐστίν, ἀμφότερα τὰ Β, Ζ μέρος τρίτον ἐστὶ τοῦ Α. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὰ Η, Γ τοῦ Β, καὶ τὰ Θ, Δ τοῦ Γ, καὶ τὰ Ι, Ε τοῦ Δ. καὶ τὰ σύμπαντα δὴ τὰ Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, Θ, Ι τρίτον μέρος ἐστὶ τῶν συμπάντων τῶν Α, Β, Γ, Δ. ἐντὶ δὲ καὶ αὐτα τὰ Ζ, Η, Θ τρίτον μέρος αὐτῶν τῶν Β, Γ, Δ. καὶ τὰ λοιπὰ ἄρα τὰ Β, Γ, Δ, Ε, Ι τοῦ λοιποῦ τρίτον μέρος ἐστὶ τοῦ Α. δῆλον οὖν, ὅτι τὰ σύμπαντα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε καὶ τὸ Ι, τουτέστι τὸ τρίτον τοῦ Ε, τοῦ Α ἐστιν ἐπίτριτα.*




*κδ'.*

*Πᾶν τμᾶμα τὸ περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς ἐπίτριτόν ἐστι τριγώνου τοῦ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντος αὐτῷ καὶ ὕψος ἴσον.*

*ἔστω γὰρ τὸ ΑΔΒΕΓ τμᾶμα περιεχόμενον ὑπὸ εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, τὸ δὲ ΑΒΓ τρίγωνον ἔστω τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμάματι καὶ*

---

10. *Η*] Ε F. *Ι*] *Γ* F. 11. *τῶν*] *του* per comp. F. 12. *Δ*, Ε F; corr. Torellius. 22. *τμημα* F; corr. Torellius, ut lin. 25, 27. 23. *την αυτην* F; corr. Torellius. 27. *αυτα* F.

$I = \frac{1}{3}E$. quoniam igitur est $Z = \frac{1}{3}B$ et $B = \frac{1}{4}A$, erit $B + Z = \frac{1}{3}A$. eadem de causa etiam erit

$$H + \Gamma = \tfrac{1}{3}B,\ \Theta + \varDelta = \tfrac{1}{3}\Gamma,\ I + E = \tfrac{1}{3}\varDelta.$$

erit igitur etiam

$$B + \Gamma + \varDelta + E + Z + H + \Theta + I$$
$$= \tfrac{1}{3}(A + B + \Gamma + \varDelta).$$

est autem etiam $Z + H + \Theta = \frac{1}{3}(B + \Gamma + \varDelta)$ [ex hypothesi]. quare etiam $B + \Gamma + \varDelta + E + I = \frac{1}{3}A$. adparet igitur, esse $A + B + \Gamma + \varDelta + E + I$, h. e.

$$A + B + \Gamma + \varDelta + E + \tfrac{1}{3}E = \tfrac{4}{3}A.$$


## XXIV.

Quoduis segmentum linea recta et coni rectanguli sectione comprehensum tertia parte maius est triangulo eandem basim habenti, quam segmentum, et altitudinem aequalem.

sit enim $A\varDelta BE\Gamma$ segmentum linea recta et coni rectanguli sectione comprehensum, et $AB\Gamma$ triangulus sit eandem basim habens, quam segmentum, et alti-

ὕψος ἴσον, τοῦ δὲ *ΑΒΓ* τριγώνου ἔστω ἐπίτριτον τὸ *Κ* χωρίον. δεικτέον, ὅτι ἴσον ἐστὶ τᾷ *ΑΔΒΕΓ* τμάματι.

εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσον, ἤτοι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἔλασσον. ἔστω πρότερον, εἰ δυνατόν, μεῖζον τὸ *ΑΔΒΕΓ* τμᾶμα





τοῦ *Κ* χωρίου. ἐνέγραψα δὴ τὰ *ΑΔΒ*, *ΒΕΓ* τρίγωνα, ὡς εἰρήται. ἐνεγραψα δὲ καὶ εἰς τὰ περιλειπόμενα τμάματα ἄλλα τρίγωνα τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσιν καὶ ὕψος τὸ αὐτό, καὶ ἀεὶ εἰς τὰ ὕστερον γινόμενα τμάματα ἐγγράφω [δύο] τρίγωνα τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσιν καὶ ὕψος τὸ αὐτό. ἐσσοῦνται δὴ τὰ καταλειπόμενα τμάματα ἐλάσσονα τᾶς ὑπεροχᾶς, ᾇ ὑπερέχει τὸ *ΑΔΒΕΓ* τμᾶμα τοῦ *Κ* χωρίου. ὥστε τὸ ἐγγραφόμενον πολύγωνον μεῖζον ἐσσεῖται τοῦ *Κ*· ὅπερ ἀδύνατον. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἑξῆς κείμενα χωρία ἐν τῷ τετραπλασίονι λόγῳ, πρῶτον μὲν τὸ *ΑΒΓ* τρίγωνον τετραπλάσιον τῶν *ΑΔΒ*, *ΒΕΓ* τριγώνων, ἔπειτα δὲ αὐτὰ ταῦτα τετραπλάσια τῶν εἰς τὰ ἑπόμενα τμάματα ἐγγραφέντων, καὶ ἀεὶ οὕτω, δῆ-

---

2. τῷ] το F. 4. ἐστιν] (alterum) per comp. F. 5. *ΑΔΕΒΓ* F; corr. Torellius, ut lin. 13. τμημα F; corr. Torellius, ut lin. 3, 8, 10, 12, 13. 6. *ΑΔΒ*] *ΑΔ* F. 9. τμημασιν F, uulgo, ut lin. 11; τμάμασι Torellius. 10. δύο] deleo. 12. εσουν-

tudinem aequalem, et sit $K = \frac{4}{3} AB\Gamma$. demonstrandum est, esse $K = A\Delta BE\Gamma$.

nam si aequale non est, aut maius est aut minus. prius, si fieri potest, sit segmentum $A\Delta BE\Gamma$ maius




spatio $K$. inscripsi igitur triangulos $A\Delta B$, $BE\Gamma$ ita, ut diximus. et etiam segmentis reliquis alios triangulos inscripsi eandem basim habentes, quam segmenta, et altitudinem eandem, et semper segmentis deinde ortis triangulos inscribo eandem basim habentes, quam segmenta, et altitudinem eandem. erunt igitur [aliquando] segmenta reliqua minora excessu, quo segmentum $A\Delta BE\Gamma$ spatium $K$ excedit [prop. 20 coroll.]. itaque polygonum inscriptum maius erit spatio $K$; quod fieri non potest. nam quoniam deinceps posita sunt spatia quaedam in quadrupla proportione, primum triangulus $AB\Gamma$ quadruplo maior triangulis $A\Delta B$, $BE\Gamma$ [prop. 21; cfr. p. 346, 1], deinde hi ipsi quadruplo maiores triangulis segmentis sequentibus inscriptis, et semper eodem modo, adparet, omnia

---

ται F. 15. γάρ] addidi; om. F, uulgo. 18. αὐτὰ ταῦτα] scripsi; τα αυτα F, uulgo.

λον, ὡς σύμπαντα τὰ χωρία ἐλάσσονά ἐστιν ἢ ἐπίτριτα τοῦ μεγίστου. τὸ δὲ Κ ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ μεγίστου χωρίου. οὐκ ἄρα ἐστὶν μεῖζον τὸ ΑΔΒΕΓ τμᾶμα τοῦ Κ χωρίου. ἔστω δέ, εἰ δυνατόν, ἔλασσον. κείσθω δὴ τὸ μὲν ΑΒΓ τρίγωνον ἴσον τῷ Ζ, τοῦ δὲ Ζ τέταρτον τὸ Η, καὶ ὁμοίως τοῦ Η τὸ Θ, καὶ ἀεὶ ἑξῆς τιθέσθω, ἕως κα γενήται τὸ ἔσχατον ἔλασσον τᾶς ὑπεροχᾶς, ᾇ ὑπερέχει τὸ Κ χωρίον τοῦ τμάματος, καὶ ἔστω ἔλασσον τὸ Ι. ἔστιν δὴ τὰ Ζ, Η, Θ, Ι χωρία καὶ το τρίτον τοῦ Ι ἐπίτριτα τοῦ Ζ. ἔστιν δὲ καὶ τὸ Κ τοῦ Ζ ἐπίτριτον. ἴσον ἄρα τὸ Κ τοῖς Ζ, Η, Θ, Ι καὶ τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ Ι. ἐπεὶ οὖν τὸ Κ χωρίον τῶν μὲν Ζ, Η, Θ, Ι χωρίων ὑπερέχει ἐλάσσονι τοῦ Ι, τοῦ δὲ τμάματος μείζονι τοῦ Ι, δῆλον, ὡς μείζονά ἐντι τὰ Ζ, Η, Θ, Ι χωρία τοῦ τμάματος· ὅπερ ἀδύνατον. ἐδείχθη γάρ, ὅτι, ἐὰν ᾖ ὁποσαοῦν χωρία ἑξῆς κείμενα ἐν τετραπλασίονι λόγῳ, τὸ δὲ μέγιστον ἴσον ᾖ τῷ εἰς τὸ τμᾶμα ἐγγραφομένῳ τριγώνῳ, τὰ σύμπαντα χωρία ἐλάσσονα ἐσσείται τοῦ τμάματος. οὐκ ἄρα τὸ ΑΔΒΕΓ τμᾶμα ἔλασσόν ἐστι τοῦ Κ χωρίου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ μεῖζον. ἴσον ἄρα ἐστὶν τῷ Κ. τὸ δὲ Κ χωρίον ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ τριγώνου τοῦ ΑΒΓ. καὶ τὸ ΑΔΒΕΓ ἄρα τμᾶμα ἐπίτριτόν ἐστι τοῦ ΑΒΓ τριγώνου.

---

3. *τμημα* F; corr. Torellius, ut lin. 8, 14, 15, 18, 19(?), 20, 23. 7. *ἕως κα γενήται*] scripsi; *ωστε καταγενηται* F, uulgo. 9. *ἔλασσον*] *ἔσχατον* Nizzius. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. 11. *τῷ*] *το* F. 12. *τῶν*] *τω* F; corr. BC. 23. *ἄρα*] om. F; corr. Torellius. In fine F: *Αρχιμηδ$^{ε}$ουε τετραγωνισμος παραβολης· ευτυχοιης λεον γεωμετρα: — + πολλοὺς ἐσ λυκάβαντας ἴοισ πολὺ φίλτατε μούσαις.*

simul spatia minora esse quam tertia parte maiora maximo [prop. 23]. spatium autem $K$ tertia parte maius est maximo spatio. itaque segmentum $A\varDelta BE\Gamma$ maius non est spatio $K$. — sit autem, si fieri potest, minus. ponatur igitur $AB\Gamma = Z$[1]), $H = \frac{1}{4}Z$, $\Theta = \frac{1}{4}H$, et deinceps spatia ponantur, dum fiat ultimum spatium minus excessu, quo spatium $K$ segmentum excedit [Eucl. X, 1], et [hoc excessu] minus sit $I$. sunt igitur

$$Z + H + \Theta + I + \tfrac{1}{3}I = \tfrac{4}{3}Z \text{ [prop. 23];}$$

sed erat etiam $K = \frac{4}{3}Z$. itaque

$$K = Z + H + \Theta + I + \tfrac{1}{3}I.$$

iam quoniam spatium $K$ spatia $Z$, $H$, $\Theta$, $I$ excedit spatio minore, quam est spatium $I$, segmentum uero spatio maiore, quam est $I$, adparet, spatia $Z$, $H$, $\Theta$, $I$ maiora esse segmento; quod fieri non potest. nam demonstratum est, si spatia quotlibet deinceps data sint in quadrupla proportione, et maximum triangulo segmento inscripto aequale sit, omnia simul spatia minora fore segmento [prop. 22]. itaque segmentum $A\varDelta BE\Gamma$ minus non est spatio $K$. demonstratum autem est, id ne maius quidem esse. itaque spatio $K$ aequale est. sed spatium $K$ tertia parte maius est triangulo $AB\Gamma$. itaque etiam segmentum $A\varDelta BE\Gamma$ tertia parte maius est triangulo $AB\Gamma$.

---

1) Fortasse scribendum est lin. 4—5 κείσθω δὴ τῷ μὲν ΑΒΓ τριγώνῳ ἴσον τὸ Ζ.

# DE IIS, QUAE IN HUMIDO UEHUNTUR,

## LIBRI II.

## Περὶ τῶν ὕδατι ἐφισταμένων ἢ περὶ τῶν ὀχουμένων.

### Αἴτημα α΄.

Ὑποκείσθω τὸ ὑγρὸν τοιάνδε τινὰ φύσιν ἔχον, ὥστε τῶν μερῶν αὐτοῦ ἐξ ἴσου κειμένων καὶ ὠθεῖσθαι συνεχῶν ὄντων ἐλαύνεσθαι τὸ ἧττον ὠθούμενον ὑπὸ τοῦ μᾶλλον ὠθουμένου· καὶ πάντων αὐτοῦ μερῶν ὠθεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ ὑπεράνω αὐτοῦ ὄντος κατὰ κάθετον, ἐὰν τὸ ὑγρὸν ᾖ καταβαῖνον ἔν τινι καὶ ὑπό τινος ἑτέρου πιεζόμενον.

### Θεώρημα πρῶτον.

Ἐὰν ἐπιφάνειά τις ἐπιπέδῳ τμηθῇ διά τινος ἀεὶ σημείου, καὶ ἡ κοινὴ τομὴ ἀεὶ περιφέρεια ᾖ ἔχουσα κέντρον τὸ προειρημένον σημεῖον, σφαίρας ἐστὶν ἐπιφάνεια.

τετμήσθω γὰρ ἐπιφάνεια ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ α΄ σημείου, καὶ ἀεὶ ἡ κοινὴ τομὴ ἔστω κύκλου περιφέρεια. λέγω, ὅτι σφαίρας ἐπιφάνειά ἐστιν, ἧς κέντρον τὸ α΄.

εἰ γὰρ μή, ἔσονταί τινες εὐθεῖαι ἀπὸ τοῦ α΄ ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἄνισοι. ἔστωσαν αἱ αβ΄, αγ΄. τὰ ἄρα β΄, γ΄ σημεῖα ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ. τετμήσθω ἡ ἐπιφά-

---

Hoc fragmentum edidit A. Mai: Classici auct. I p. 426—30, unde totidem litteris repetiui. usus est duobus codicibus Uaticanis, quos signaui a, b.

---

5. ὠθούμενον om. a. 6. τοὺς μᾶλλον ὠθουμένους a et b manu 1. 8. ᾖ] ἦν b. 14. α΄] πρῶτον a; et sic etiam infra.

*νεια ἐπιπέδῳ διὰ τῶν β', γ', α' σημείων. κύκλου δὴ ποιήσει περιφέρειαν ᾧ ὑποκείμενον, οὗ κέντρον τὸ α'. ἴσαι ἄρα αἱ αβ', αγ'. ἀλλὰ καὶ ἄνισοι· ὅπερ ἀδύνατον. σφαίρας ἄρα ἐστὶν ἐπιφάνεια· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.*

### *β'.*

*Παντος ὕδατος ἡσυχάζοντος ὥστε ἀκίνητον μένειν ἡ ἐπιφάνεια σφαιροειδὴς ἔσται ἔχουσα τὸ αὐτὸ τῇ γῇ κέντρον.*[1])

### *γ'.*

*Τῶν στερεῶν μεγεθῶν τὰ ἰσομεγέθη καὶ ὑποβαρῆ τῷ ὑγρῷ καθειμένα εἰς τὸ ὑγρὸν βαπτισθήσονται ὥστε τὴν τοῦ ὑγροῦ ἐπιφάνειαν μὴ ὑπερβάλλειν, καὶ οὐκέτι οἰσθήσεται εἰς τὰ κατωτέρω.*[2])

### *δ'.*

*Τῶν στερεῶν μεγεθῶν τὰ τοῦ ὑγροῦ κουφότερα, ἐὰν εἰς ὑγρὸν καθιῶνται, οὐχ ὅλα βαπτισθήσεται, ἀλλ' ἔσται τι αὐτῶν καὶ ἔξω τῆς ἐπιφανείας τοῦ ὑγροῦ.*

### *ε'.*

*Τῶν στερεῶν μεγεθῶν τὰ τοῦ ὑγροῦ κουφότερα εἰς τὸ ὑγρὸν καθειμένα ἐπὶ τοσοῦτον βαπτισθήσεται,*

---

1) Strabo I p. 54: *τὴν Ἀρχιμήδους βεβαιοῖ δόξαν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων, παντὸς ὑγροῦ καθεστηκότος καὶ μένοντος τὴν ἐπιφάνειαν σφαιρικὴν εἶναι σφαίρας ταὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ.* Uitruuius VIII, 5, 3.

2) Hero pneumat. p. 151: *ἀπεδείχθη γὰρ Ἀρχιμήδει ἐν τοῖς ὀχουμένοις, ὅτι τὰ ἰσοβαρῆ τῷ ὑγρῷ σώματα ἀφεθέντα εἰς τὸ ὑγρὸν οὔτε ὑπερέξει τοῦ ὑγροῦ οὔτε καταδύσεται.*

---

2. ᾧ] ὡς?  10. *ἰσοβαρῆ*?  12. *ἐπιβάλλειν* b.

*ἐφ' ὅσον τοσοῦτον τοῦ ὑγροῦ ὄγκον, ὅσος ἐστὶν ὁ τοῦ βαπτισθέντος μέρους, ἰσοβαρεῖ εἶναι τῷ ὅλῳ μεγέθει.*

ϛ'.

*Τὰ στερεὰ ὑγροῦ κουφότερα βίᾳ εἰς τὸ ὑγρὸν πιεσθέντα ἐπανιστάμενα φέρονται ἐπὶ τὰ ἄνω τοσαύτῃ δυνάμει, ὅσῳ τὸ ὑγρὸν ἰσομέγεθες τῷ μεγέθει βαρύτερόν ἐστι τοῦ μεγέθους.*

ζ'.

*Τὰ βαρύτερα τοῦ ὑγροῦ στερεὰ καθειμένα εἰς τὸ ὑγρὸν οἰσθήσεται κάτω, ἕως οὗ καταβαίνωσι, καὶ ἔσται τοσούτῳ κουφότερα ἐν τῷ ὑγρῷ, ὅσον ἔχει τὸ βάρος τὸ ὑγρὸν ἰσομέγεθες τῷ στερεῷ μεγέθει.*

*Λῆμμα ἢ ὑπόθεσις.*

*Ὑποκείσθω τῶν ἐν ὑγρῷ ἄνω φερομένων ἕκαστον ἄνω φέρεσθαι κατὰ κάθετον, ἥτις ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ βάρους αὐτῶν ἐκβάλλεται.*

*Θεώρημα η'.*

*Ἐὰν στερεῶν τι μέγεθος ἔχον σχῆμα τμήματος σφαίρας εἰς τὸ ὑγρὸν καθιῆται, ὥστε τὴν βάσιν τοῦ τμήματος μὴ ἅπτεσθαι τοῦ ὑγροῦ, τὸ σχῆμα ἐπισταθήσεται ὀρθόν, ὥστε τὸν ἄξονα τοῦ τμήματος κατὰ κάθετον εἶναι. καί ....*

---

2. *ἰσοβαρῆ*? 16. *βάρεος* a et b manu 1. 18. *στερεόν*? 22. *καί* om. a.

# De iis, quae in humido uehuntur.[1])

## Liber I.

### Suppositio prima.

Supponatur humidum habens talem naturam, ut partibus ipsius ex aequo iacentibus et existentibus continuis expellatur minus pulsa a magis pulsa; et unaquaeque autem partium ipsius pellitur humido, quod supra ipsius existente secundum perpendicularem, si humidum sit descendens in aliquo et ab alio aliquo pressum.

### Theorema primum. Propositio prima.

Si superficies aliqua plane secta per aliquod signum semper idem signum sectionem facientem circuli

---

Librum I primus edidit N. Tartalea Uenetiis 1543. deinde ex schedis eius et primum et secundum librum edidit Troianus Curtius Uenetiis 1565. hanc interpretationem emendauit F. Commandinus (Bononiae 1565), quem sequitur Torellius (praef. p. XVIII). cum Tartalea solus Graecum codicem habuisse uideatur (Quaest. Arch. p. 101; cfr. p. 13; 23), eum secutus sum, ita ut soloece et barbare dicta intacta relinquerem, et ea tantum, quae in mathematicis peruersa erant, corrigerem cum

---


1) „De insidentibus aquae" Tartalea. „De iis, quae in aqua uehuntur" Commandinus; secutus sum Torellium p. XVIII.

---

8. „supra ipsam existente" Comm. 9. et] „aut" Comm. 12. „plano" Comm. „per idem semper punctum, sitque sectio circuli circumferentia" Comm.

periferiam centrum habentem signum, per quod plano secatur, sphaerae erit superficies.

sit enim superficies aliqua secta per signum *K* plano super sectionem facientes circuli periferiam, centrum autem ipsius *K*. si igitur ipsa superficies non est sphaerae superficies, non erunt omnes quae a centro ad superficiem occurrentes lineae aequales. sit itaque *A*, *B*, *G*, *D* signa in superficie, et inaequales quae *AK*, *KB*, per ipsas autem *KA*, *KB* planum educatur et faciat sectionem in superficie lineam *DABG*. circuli ergo est ipsa, centrum autem ipsius *K*, quoniam supponebatur superficies talis. non sunt ergo inaequales lineae *KA*, *KB*. necessarium igitur est, superficies esse sphaerae superficiem.




## Theorema II. Propositio II.

Omnis humidi consistentis ita, ut maneat inmotum, superficies habebit figuram sphaerae habentis centrum idem cum terra.

Intelligatur enim humidum consistens ita, ut ma-


---

Commandino et Nizzio, lectionibus Tartaleae in adnotationes reiectis. sed ubi Tartaleae uerba intellegi non posse uidebantur, in adnotatione adtuli emendatam Commandini scripturam. etiam interpunctionem peruersissimam Tartaleae et orthographiam parum constantem tacite mutaui.

---

3. sit] „si“ Tartalea. 4. super sectionem facientes] scrib. semper sectionem faciente; „et sit sectio semper“ Comm. 7. quae] hic, ut saepe, respondet articulo Graeco. 16. superficies] nominatiuus respondet Graeco ὅτι ἡ ἐπιφάνεια; cfr. p. 361 lin. 3.

neat non motum, et secetur ipsius superficies plano per centrum terrae. sit autem terrae centrum $K$, superficiei autem sectio linea $ABGD$. dico itaque, linea $ABGD$ circuli esse periferiam, centrum autem ipsius $K$. si enim non est, rectae a $K$ ad lineam $ABGD$ occurrentes non erunt aequales. sumatur igitur aliqua recta, quae est quarundam quidem a $K$ occurrentium ad lineam $ABGD$ maior, quarundam autem minor, et centro quidem $K$, distantia autem sumptae lineae circulus describatur. cadet igitur periferia circuli habens hoc quidem extra lineam $ABGD$, hoc autem intra, quoniam quae ex centro quorundam quidem a $K$ occurrentium ad lineam $ABGD$ est maior, quorundam autem minor. sit igitur descripti circuli periferia quae $RBH$, et ab $B$ ad $K$ recta ducatur, et copulentur quae $RK$, $KEL$ aequales facientes angulos. describatur autem et centro $K$ periferia quidem quae $XOP$ in plano et in humido. partes itaque humidi quae secundum $XOP$ periferiam ex aequo sunt positae continue in uicem. premuntur quae quidem secundum




7. quarundam] genetiuus ex Graeco translatus est (τῶν μέν — μείζων). 14. sumptae lineae] τῇ ληφθέντι εὐθείᾳ. 16. habens] om. Comm. hoc quidem] τὸ μέν — τὸ δέ. 19. „sint" Tartalea. 20. „ducantur" Tartalea. 21. $RK$] „$hK$" Tartalea; Comm. litteras prorsus mutauit. $KEL$] „$hel$" Tartalea. 23. quae secundum] τὰ κατά. 24. „perifariam" Tartalea.

$XO$ periferiam $POBE$ humido, quod secundum $AB$ locum, quae autem secundum periferiam $OP$ humido, quod secundum $BE$ locum. inaequaliter igitur premuntur partes humidi, quae secundum periferiam $XO$, iis, quae secundum $OP$. quare expelletur minus pressa a magis pressis [hypoth. 1]. non etiam ergo constare fecimus aliquod humidum. supponebatur autem constans ita, ut maneret non motum. necessarium ergo linea $ABGD$ est circuli periferiam, et centrum ipsius $K$. similiter autem demonstrabitur et, si superficies humidi plano secta fuerit per centrum terrae, quod sectio erit circuli periferia, et centrum ipsius erit, quod et terrae centrum. palam igitur, quod superficies humidi constantis non moti habet figuram sphaerae habentis centrum idem cum terra, quoniam talis est, ut secta per idem signum sectionem faciat circuli periferiam habentis signum, per quod secatur plano [prop. 1].

## Theorema III. Propositio III.


Solidarum magnitudinum, quae aequalis molis et aequalis ponderis cum humido, dimissae in humidum demergentur ita, ut superficiem humidi non excedant nihil et non adhuc referentur ad inferius.

demonstratur enim aliqua magnitudo aeque grauium cum humido in humidum, et si possibile est,

---

1. *POBE*] om. Comm. quod] „quae" Tartalea. *AB*] „2*b*" Tartalea. 3. „aequaliter" Tartalea; corr. Comm. 4. quae] „quod" Tartalea. 5. iis] „ei" Tartalea. „non expelletur" Tartalea; corr. Comm. 6. „costare" Tartalea. 10. si] om. Tartalea; „si quomodocunque aliter" Comm. 17. „centrum habentis" Comm. 21. non excedant nihil] *μὴ ὑπερβάλλειν μηδέν*. 23. demonstratur] scrib. demergatur.

excedat ipsa superficiem humidi. consistat autem humidum, ut maneat immotum. intelligatur autem aliquod planum eductum per centrum terrae et humidi et per solidam magnitudinem. sectio autem sit superficiei quidem humidi quae $ABGD$, solidae autem magnitudinis quae $EZHT$ insidentia, centrum autem terrae $K$. sint autem solidae quidem magnitudinis quod




quidem $BGHT$ in humido, quod autem $BEZG$ extra. intelligatur et solida figura comprensa pyramide basem quidem habente parallelogrammum, quod in superficie humidi, uerticem autem centrum terrae. sectio autem sit plani, in quo est quae $ABGD$ periferia, et planorum pyramidis quae $KL$, $KM$. describatur autem quaedam alterius sphaerae superficies circa centrum $K$ in humido sub $EZHT$, quae $XOP$. secetur hoc a superficie plani. sumatur autem et quaedam alia pyramis aequalis et similis comprehendenti solidam, continua ipsi. sectio autem sit planorum ipsius quae $KM$, $KN$, et in humido intelligatur quaedam magnitudo humido assumpta quae $RSEY$ aequalis et similis solidae, quae secundum $BHGT$, quod est ipsius in humido. partes autem humidi, quae sunt

5. „magnitudines“ Tartalea. 6. „insidentis“ Comm. 7. $K$] om. Tartalea. 12. „compressam“ Tartalea. 13. „bassem“ Tartalea. 14. „habentem paralelogrommum“ Tartalea. 26. „*bheg*“ Tartalea. 27. ipsius] sc. totius solidi $EZTH$. sunt] ·*f*· Tartalea.

in prima pyramide sub superficie, in qua est quae $XO$, et quae in altera, in qua quae $PO$, ex aequo sunt positae et continuae. similiter autem non premuntur. quae quidem etiam secundum $XO$ premitur a solido $THEZ$ et humido intermedio superficie, quae secundum $XO$, $LM$, et planorum pyramidis; quae autem secundum $PO$ solido $RSEY$ et humido intermedio superficierum, quae secundum $PO$, $MN$, et planorum pyramidis. minor autem erit grauitas humidi, quod secundum $MN$, $OP$, eo, quod secundum $LM$, $XO$. quod enim secundum $RSEY$, est minus solido $EZHT$· ipsius enim ei, quod secundum $HBGT$, est aequale, quia magnitudine aequale et aeque graue supponitur solidum cum humido. reliquum autem reliquo aequale est. palam igitur, quia expelletur pars, quae secundum periferiam $OP$, ab ea, quae secundum periferiam $OX$, et non erit humidum non motum [hypoth. 1]. supponitur autem non motum existens. non ergo excedet superficiem humidi aliquid solidae magnitudinis. demersum autem solidum non fertur ad inferiora. similiter enim prementur omnes partes humidi ex aequo positae, quia solidum est aeque graue.


---

2. aequo] „quo“ Tartalea. 3. „non continuae“ Tartalea. non] om. Tartalea. 4. etiam] scrib. enim. 5. „*ther*“ Tartalea. superficie] *τὸ μεταξὺ τῶν ἐπιφανειῶν καὶ . . τῶν ἐπιπέδων*; cfr. lin. 8. 7. „*rſcy*“ Tartalea, ut lin. 11. 11. enim] ·n· Tartalea. 14. aequale] scripsi; „inaequale“ Tartalea et Comm. 15. quia] *διότι*. 21. aequo] „quo“ Tartalea. 22. „graue atque humidum“ Comm.

## Theorema IIII. Propositio IIII.

Solidarum magnitudinum quaecunque leuior fuerit humidi, dimissa in humidum non demergetur tota, sed erit aliquid ipsius extra superficiem humidi.

sit enim solida magnitudo leuior humido et dimissa in humidum. demergatur tota, si possibile est, et nihil ipsius sit extra superficiem humidi. consistat autem humidum ita, ut maneat non motum. intelligatur etiam aliquod planum eductum per centrum terrae et per humidum et per solidam magnitudinem.




secetur autem a plano hoc superficies quidem humidi secundum superficiem *ABGD*, solida autem magnitudo per figuram in *R*. centrum autem terrae sit *K*. intelligatur autem quaedam pyramis comprendens figuram *R*, secundum quod et prius, uerticem habens signum *K*. secentur autem ipsius plana a superficie plani *ABG* secundum *AK*, *KB*. accipiatur autem et aliqua alia pyramis aequalis et similis huic. secentur autem ipsius plana a plano *ABG* secundum *KB*, *KG*. describatur autem et quaedam alterius sphaerae superficies in humido circa centrum *K*, sub solida autem magnitudine. secetur ipsa ab eodem plano secundum *XOP*. intelligatur autem et magni-

3. dimissa] scrib. demissa, ut lin. 5 et p. 362, 20. 10. „magnitudinum" Tartalea. 20. secundum quod et prius] *κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ πρότερον*.

tudo absumpta ab humido, quae secundum $H$, in posteriori pyramide aequalis solidae, quae secundum $R$. partes autem humidi, quod in prima pyramide, quae sub superficiebus, quae secundum superficiem $XO$, et quod in secunda, quae sub superficiebus, quae superficie $OP$, ex aequo sunt positae et continuae inuicem. non similiter autem premuntur. quae quidem in prima pyramide, premitur a solida magnitudine, quae secundum $R$, et ab humido continente ipsam et exsistente in loco pyramidis, quae secundum $ABOX$. quae autem in altera pyramide, premitur ab humido continente ipsam exsistente in loco pyramidis, qui secundum $POBG$. est autem et grauitas, quae secundum $R$, minor grauitate humidi, quod secundum $H$, quoniam magnitudinem quidem est aequalis, solida autem magnitudo supponitur esse leuior humido humidi continentis magnitudines $R, H$, eritque pyramidum aequalis. magis igitur premitur pars humidi, quod sub superficiebus, quae secundum periferiam $OP$. expellet ergo, quod minus premitur [hypoth. 1], et non manet humidum non motum. supponebatur autem non motum. non ergo demergetur tota, sed erit aliquid ipsius extra superficiem humidi.


---

3. quae sub superficiebus] obscura; om. Comm.; cfr. lin. 5, 18. 6. aequo] „quo" Tartalea. 9. ipsam] „ipsas" Tartalea. 11. premitur] deest: „ab magnitudine $H$ et". „continent" Tartalea. 14—17: „quoniam magnitudo solida mole quidem aequalis et humido leuior ponitur; grauitas autem humidi continentis magnitudines $R$, $H$ est aequalis, cum pyramides aequales sint" Comm.

## Theorema V. Propositio V.

Solidarum magnitudinum quaecunque fuerit leuior, dimissa in humidum in tanto demergetur, ut tanta moles humidi, quanta est moles demersae, habeat aequalem grauitatem cum tota magnitudine.

disponantur autem eadem prioribus, et sit humidum non motum. sit autem magnitudo $EZHT$ leuior humido. si igitur humidum est non motum, similiter




prementur partes ipsius ex aequo positae [hypoth. 1]. similiter ergo premetur humidum, quod sub superficiebus, quae secundum periferias $XO$ et $PO$. quare aequalis est grauitas, quae premitur. est autem et humidi grauitas, quod in prima pyramide, sine $BHTG$ solido aequalis grauitati humidi, quod in altera pyramide, sine $RSEY$ humido. palam igitur, quod grauitas magnitudinis $EZHT$ est aequalis grauitati humidi $RSEY$. manifestum igitur, quod tanta moles humidi, quanta est demersa pars solidae magnitudinis, habet grauitatem aequalem toti magnitudini.


---

3. Scrib. demissa. 6. „eandem" Tartalea. 12. quae premitur] „qua premuntur" Comm. 15. „*rscy*" Tartalea, ut lin. 17.

## Theorema VI. Propositio VI.

Solida leuiora humido ui pressa in humidum surrexi feruntur tanta ui ad superius, quanto humidum habens molem aequalem cum magnitudine est grauius magnitudine.

sit enim magnitudo *A* leuior humido. sit autem magnitudinis quidem, in qua *A*, grauitas *B*, humidi autem habentis molem aequalem cum *A* grauitas *BG*. demonstrandum, quod magnitudo *A*, ubi pressa in humidum, refertur ad superius tanta ui, quanta est grauitas *G*. accipiatur enim quaedam magnitudo, in qua *D*, habens grauitatem aequalem ipsi *G*. magnitudo autem ex utrisque magnitudinibus, in quibus *A*, *D*, in eadem composita est leuior humido. est enim magnitudinis quidem ex utrisque grauitas *BG*, grauitas autem humidi habentis molem aequalem [ipsis *A*, *D* maior est quam *BG*, quoniam humidi molem habentis aequalem] cum *A* grauitas est *BG*. dimittatur igitur in humidum magnitudo ex utrisque *A*, *D* composita. ad tantum demergetur, donec tanta moles humidi, quantum est demersum magnitudinis, habeat grauitatem aequalem cum tota magnitudine. demonstratum est hoc [prop. 5]. sit autem superficies quaedam humidi alicuius quae *ABGD* periferia. quoniam igitur




2. surrexi] ἐπανιστάμενα p. 358, 5; om. Comm. 4. „mole“ Tartalea, ut lin. 8, 17. 14. humido] sc. molem habenti aequalem magnitudini $A + D$. 17. ipsis — lin. 19: aequalem] om. Tartalea; suppleui ex Commandino.

tanta moles humidi, quanta est magnitudo $A$, habet grauitatem aequalem cum magnitudinibus $A$, $D$, palam est, quod demersum ipsius erit magnitudo $A$, reliquum autem, in quo $D$, erit totum desuper supra superficiem humidi. si enim †. palam igitur, quod quanta ui magnitudo $A$ refertur ad superius, tanta ab eo, quod supra est, $D$, premitur ad inferius, quoniam neutra a neutra expellitur. sed $D$ ad deorsum premit tanta grauitate, quanta est $G$; supponebatur enim grauitas eius, in quo $D$, esse aequalem ipsi $G$. palam igitur, quod oportebat demonstrare.


## Theorema VII. Propositio VII.

Grauiora humido dimissa in humidum ferentur deorsum, donec descendant, et erunt leuiora in humido tantum, quantum habet grauitas humidi habentis tantam molem, quanta est moles solidae magnitudinis.

quod quidem feretur in deorsum, donec descendat, palam. partes enim humidi, quae sub ipsius, premuntur magis quam partes ex aequo ipsis iacentes, quoniam solida magnitudo supponitur grauior humido. quod autem leuiora erunt, ut dictum est, demonstrabitur. sit enim aliqua magnitudo quae $A$, quae est grauior humido, grauitas autem magnitudinis quidem, in qua $A$, sit quae $BG$, humidi autem habentis mo-

5. si enim] om. Comm.; lacuna uidetur esse. 7. est] ·ƒ· Tartalea. 8. neutra a neutra] h. e. quoniam aequilibritatem seruat $A + D$ ita positum, ut $A$ in humido sit, $D$ autem supra. male Nizzius: altera ab altera. 10. $D$] „$gd$" Tartalea. 13. „ferrentur" Tartalea. 16. „mole" Tartalea, ut lin. 24. 17. „ferretur" Tartalea. 18. sub ipsius] ὑπ᾽ αὐτοῦ. 19. quam] „quae" Tartalea. aequo ipsis] „quo ipsas" Tartalea. 24. sit quae] ἔστω ἡ; „sitque" Tartalea.

lem aequalem ipsi *A* grauitas *B*. demonstrandum, quod magnitudo *A* in humido existens habebit grauitatem aequalem ipsi *G*. accipiatur enim aliqua alia magnitudo, in qua *D*, leuior humido molis aequalis cum ipsa. sit autem magnitudinis quidem, in qua *D*, grauitas aequalis grauitati *B*, humidi autem habentis molem aequalem magnitudini *D* grauitas sit aequalis grauitati *BG*. compositis autem magnitudinibus, in quibus




*A*, *D*, magnitudo simul utrarumque erit aeque grauis humido. grauitas enim magnitudinum simul utrarumque est aequalis ambabus grauitatibus, scilicet *BG* et *B*, grauitas humidi huius habentis molem aequalem ambabus magnitudinibus est aequalis eisdem grauitatibus. dimissis igitur magnitudinibus et proiectis in humidum aequerepentes erunt humido et nec ad sursum ferentur neque ad deorsum [prop. 3], quoniam magnitudo quidem, in qua *A*, exsistens grauior humido feretur ad deorsum et tanta ui a magnitudine, in qua *D*, retrahitur. magnitudo autem, in qua *D*, quoniam est leuior humido, eleuabitur sursum tanta ui, quanta est grauitas *G*; demonstratum est enim, quod magnitudines solidae leuiores humido impressae in humidum tanta ui referuntur ad sursum, quanto humidum aequae molis cum magnitudine est grauius magnitudine [prop. 6]. est autem humidum habens

---

6. „mole aequale" Tartalea. 14. huius habentis] τοῦ ἔχοντος. „mole" Tartalea. 18. „ferrentur" Tartalea, ut lin. 20. 19. quoniam] debebat esse: itaque. 20. tanta] ɔ: tantadem.

molem aequalem cum *D* [grauius quam *D* ipsa *G* grauitate]. Palam igitur, quod magnitudo, in qua *A*, fertur in deorsum tanta grauitate, quanta est *G*.

## Suppositio II.


Supponatur, eorum, quae in humido sursum feruntur, unumquodque sursum ferri secundum perpendicularem, quae per centrum grauitatis ipsorum producitur.

## Theorema VIII. Propositio VIII.

Si aliqua solida magnitudo habens figuram portionis sphaerae in humidum dimittatur ita, ut basis portionis non tangat humidum, figura insidebit recta ita, ut axis portionis secundum perpendicularem sit. et si ab aliquo trahitur figura ita, ut basis portionis tangat humidum, non manet declinata, secundum dimittatur, sed recta restituatur.†[1])

---

1) Demonstratio huius propositionis apud Tartaleam deest (diserte ad eam respicitur prop. 9 p. 372, 15; 21); sed figurae cum



iis, quae ad prop. 9 pertinent, mixtae inueniuntur hae; demonstrationem de suo adiecit Commandinus.

---

1. grauius — grauitate lin. 2 om. Tartalea; suppleui ex Commandino. 3. „feri" Tartalea. 13. secundum] „si" Comm.

[Theorema IX. Propositio IX.]


Et igitur, si figura leuior exsistens humido dimittatur in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, figura insidebit recta ita, ut axis ipsius sit secundum perpendicularem.

intelligatur enim aliqua magnitudo, qualis dicta est, in humidum dimissa. intelligatur etiam et planum productum per axem portionis et per centrum terrae. sectio autem sit superficiei quidem humidi quae $ABGD$ periferia, figurae autem $EZH$ periferia, et quae $EH$ recta. axis autem portionis sit quae $ZT$. si igitur est possibile, non secundum perpendicularem sit quae $ZT$. demonstrandum igitur, quod non manet figura, secundum in rectum statuetur. est autem centrum sphaerae usque $ZT$. rursum enim sit figura maior emisperio, et sit centrum sphaerae usque ad emisperium scilicet $T$, in minori autem $P$, in maiori autem $K$. per $K$ autem et per centrum terrae $L$ ducatur $KL$. figura autem extra humidum assumpta a superficie humidi axem habet in perpendiculari, quae per $K$. propter eadem prioribus est centrum grauitatis ipsius in linea $NK$. sit enim $R$. totius autem portionis centrum grauitatis est in linea $ZT$ inter $K$

---

1. Theorema cett. om. Tartalea, apud quem prop. 9 ita typis expressa est, quasi sit demonstratio propositionis 8. 11. sit quae] „sitque" Tartalea. 14. secundum] „sed" Comm. 15. usque] „in" Comm. rursum] sc. ut in demonstratione prop. 8. 16. emisperio] ɔ: hemisphaerio; cfr. lin. 17. usque ad] „in dimidia sphaera" Comm. 19. extra cett.] „quae est extra humidi superficiem" Comm. 21. „eandem" Tartalea. prioribus] in demonstr. prop. 8. 22. enim] δή?

et $Z$, et sit $C$. reliquae ergo figurae eius, quae in humido, centrum erit in recta $CR$ inducta et absumpta, quae habebit ad $CR$ eandem proportionem, quam habet grauitas portionis, quae extra humidum, ad gra-




uitatem figurae, quae in humido [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. sit autem $O$ centrum dictae figurae, et per $O$ perpendiculari[s ducatur $LO$]. feretur igitur grauitas portionis quidem, quae est extra humidum, secundum rectam $RO$ ad deorsum, figurae autem, quae in humido, secundum rectam $OL$ ad sursum [hypoth. 2]. non manet igitur figura, sed partes quidem figurae, quae uersus $H$, ferentur ad deorsum, quae autem uer-

1. inducta] διηγμένη. 6. „perpendiculari“ Tartalea; cetera suppleuit Comm. 7. „ferretur“ Tartalea, ut lin. 12.

sus $E$, ad sursum, et super hoc erit, donec quae $ZT$ secundum perpendicularem fiat.[1])

---

1) Haec quoque propositio mutila ad nos peruenit. neque enim amplius quam primus casus pertractatus est, cum tamen de duobus ceteris promissum sit (p. 372, 15), et praeparatum (p. 372, 17). sed ne id quidem, quod exstat, satis perspicuum est.

---


1. super] scrib. semper. In fine: „explicit de insidentibus aquae liber" Tartalea.

## Liber II.

### I.

Si aliqua magnitudo existens leuior humido dimittatur in humidum, hanc habebit proportionem in grauitate ad humidum molis aequalis sibi, quam habet demersa magnitudo ad totam magnitudinem.

demittatur enim in humidum aliqua magnitudo solida, quae sit *FA*, leuior humido. sit autem quod quidem demersum ipsum *A*, quod autem extra humidum *F*. demonstrandum, quod magnitudo *FA* ad humidum aequalis molis in grauitate hanc habet proportionem, quam *A* ad *FA*. accipiatur enim aliqua humida magnitudo, quae sit *NI*, molis aequalis cum *FA*, et ipsi quidem *F* sit aequale *N*, ipsi autem *A* *I*. et adhuc grauitas quidem magnitudinis *FA* sit *B*, ipsius autem *NI* quae *RO*, ipsius autem *I* *R*. magnitudo igitur *FA* ad *NI* hanc habet proportionem, quam grauitas *B* ad grauitatem *RO*. sed quoniam magnitudo *FA* in humidum dimissa est leuior




5. molis] „mobilis" Tartalea. 8. quae] „quam" Tartalea, ut lin. 14. 9. ipsum] ipsius?

existens humido, palam, quod demersae magnitudinis moles humidi habet grauitatem aequalem cum magnitudine $FA$. demonstratum est enim hoc [I, 5]. et quoniam quod secundum $A$ humidum est $I$, ipsius autem $I$ grauitas est $R$, ipsius autem $FA$ grauitas est $B$, grauitas $B$, quae est habentis aequalem molem totius magnitudinis $FA$, est aequalis grauitati humidi $I$, scilicet ipsi $R$; et quoniam est, ut magnitudo $FA$ ad humidum, quod secundum ipsam, scilicet $NI$, ita $B$ ad $RO$, aequale autem est $B$ ipsi $R$, ut autem $R$ ad $RO$, ita $I$ ad $NI$ et $A$ ad $FA$, ut ergo $FA$ ad humidum, quod secundum ipsam, in grauitate, magnitudo $A$ ad $FA$. † factum est aequale demersae magnitudinis, scilicet $A$. habet ergo magnitudo $FA$ in grauitate ad $NI$, ita $B$ ad $RO$. quam autem proportionem habet $R$ ad $RO$, hanc habet proportionem ... ad $R$, ... et $A$ ad $FA$. demonstratum est enim.

## II.


Recta portio rectanguli conoidalis quando axem habuerit non maiorem, quam emiolium eius, quae usque axem, omnem proportionem habens ad humidum in grauitate, dimissa in humido ita, ut basis ipsius non tangat humidum, posita inclinata, non manet in-

---

1. „demeraes" Tartalea; „tantam humidi molem, quanta est pars magnitudinis demersa" Comm. 4. quod secundum] τὸ κατὰ τὴν $A$ ὑγρόν. 6. „aequalitate mole" Tartalea; „grauitatem aequalem" Nizzius male. 10. $B$] (prius) „$BO$" Tartalea. 12. „ipsa" Tartalea. 13. factum] sequentia uerba sensu carent, nec opus sunt; „quod demonstrare oportebat" Comm. ceteris omissis. 17. ad $R$] in media lacuna Tartalea. 20. non maiorem] Torellius p. XVIII; „maiorem" Tartalea; „minorem" Comm.

clinata, sed restituetur recta. rectam dico consistere talem portionem, quando quod secuit ipsam fuerit aequidistanter superficiei humidi.

sit portio rectanguli conoidalis, qualis dicta est, et iaceat inclinata. demonstrandum, quod non manet, sed restituetur recta. secta autem ipsa plano per




axem recte ad planum, quod in superficie humidi, portionis sectio sit quae $APOL$ rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], axis autem portionis et diameter sectionis quae $NO$, superficiei autem humidi quae $IS$. si igitur portio non est recta, non utique erit quae $AL$ aequidistans ipsi $IS$. quare non faciet angulum rectum quae $NO$ ad $IS$. ducatur ergo quae $K\Omega$ contingens sectionem coni penes $P$.†[1])

---

1) Pars extrema demonstrationis apud Tartaleam deest; de suo adiecit Commandinus.


---

8. quae $APOL$] „que apol." Tartalea. 10. superficiei] pendet ab „sectio" lin. 8. quae $IS$] „quam $K$"; Tartalea. 12. $IS$] „*is K*" Tartalea.

## III.

Recta portio rectanguli conoidalis, quando axem habuerit non maiorem quam emiolium eius, quae usque ad axem, omnem proportionem habens ad humidum in grauitate, dimissa in humido ita, ut basis ipsius tota sit in humido, posita inclinata, non manet inclinata, sed restituetur ita, ut axis ipsius secundum perpendicularem sit.

dimittatur enim aliqua portio in humidum, qualis dicta est, et sit ipsius basis in humido. secta autem plano per axem recto ad superficiem humidi sectio sit quae *APOL* rectanguli coni sectio [*περὶ κων.* 11], axis autem portionis et diameter sectionis quae *PF*, superficiei autem humidi sectio sit quae *IS*; et si inclinata




iacet portio, non erit secundum perpendicularem axis. non ergo faciet quae *PF* angulos aequales ad *IS*. ducatur autem quaedam quae *KΩ* aequedistanter ipsi

3. non maiorem] Torellius p. XVIII; „maiorem“ Tartalea; „minorem“ Comm. 9. qualis] „aequalis“ Tartalea. 13. sectionis] „sectio m, *f*“ Tartalea. 14. sit quae] „sitque“ Tartalea.

*IS* contingens sectionem *APOL* penes *O*, et solidae quidem magnitudinis *APOL* centrum grauitatis sit *R*, ipsius autem *IPOS* solidi centrum *B*, et copulata quae *BR* educatur, et centrum grauitatis reliquae figurae, scilicet *ISLA*, sit *G* [cfr. ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. similiter[1]) demonstrabitur angulus quidem qui sub *ROK* acutus, perpendicularis quae ab *R*, *TR*, ad *KΩ* producitur, cadens inter *K* et *Ω*, sitque *RT*. si autem ab ipsis *G*, *B* ducantur aequedistanter ipsi *RT*, quod quidem in humido absumptum feretur sursum secundum productam per *G* [I hypoth. 2]. quod autem extra humidum secundum productam per *B* feretur deorsum, et non manet solidum *APOL* sic se habens in humido, sed quod quidem secundum *A* habebit lationem sursum, quod autem secundum *L* deorsum, donec fiat quae *PF* secundum perpendicularem.

## IV.


Recta portio rectanguli conoidalis quando fuerit leuior humido et axem habuerit maiorem quam emiolium eius, quae usque ad axem, si in grauitate ad humidum aequae molis non minorem proportionem habeat illa, quam habet tetragonum quod ab excessu, quo maior est axis quam emiolius eius, quae usque

1) Sc. ac supra in demonstratione prop. 2, quae intercidit; de re u. Nizze p. 234, *η*.

6. *ROK*] „*rωK*" Tartalea. 7. perpendicularis] scrib. et perp. *TR*] om. Comm. „*ko*" Tartalea. 8. *Ω*] „o" Tartalea. 10. „ferret" Tartalea. 12. „producta" Tartalea. 21. aequae] ɔ: aequalis; „aeque" Tartalea.

ad axem, dimissa in humido ita, ut basis ipsius non tangat humidum, posita inclinata, non manet inclinata, sed restituetur in rectum.

esto portio rectanguli conoidalis, qualis dicta est, et dimissa in humidum, si est possibile, sit non recta, sed sit inclinata. secta autem ipsa per axem plano recto ad superficiem humidi portionis quidem sectio sit rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11] quae $APOL$, axis autem portionis et diameter quae $NO$, superficiei autem humidi sectio sit $IS$. si igitur portio non est recta, non faciet quae $NO$ ad $IS$ angulos aequales. ducatur




autem quae $K\Omega$ contingens sectionem rectanguli coni penes $P$, aequidistans autem ipsi $IS$. a $P$ autem aequedistanter ipsi $ON$ ducatur quae $PF$, et accipiantur centra grauitatum, et erit solidi quidem $APOL$ centrum $R$, eius autem, quod inter humidum, centrum $B$, et copuletur $BR$ et educatur ad $G$, et sit solidi, quod supra humidi, centrum grauitatis $G$ [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. et quoniam quae $NO$ ipsius quidem $RO$ est emiolia[1]), eius autem, quae usque ad axem, est maior

1) Nam centrum grauitatis conoidis rectanguli ita in axi

1. axem] addendum: ad tetragonum quod ab axe. 4. „rectangula" Tartalea. 11. diameter] sc. sectionis. 19. quae] „que" Tartalea. 20. „contra grauitum" Tartalea. 21. inter] ɔ: intra. 22. $BR$] „*gtr*" Tartalea. 23. quod supra humidi] τὸ ὑπὲρ τοῦ ὑγροῦ.

quam emiolia, palam, quod quae *RO* est maior quam quae usque ad axem. sit igitur quae *RH* aequalis ei, quae usque ad axem, quae autem *OH* dupla ipsius *HM*. quoniam igitur sit quae quidem *NO* ipsius *RO* emiolia, quae autem *MO* ipsius *OH*, et reliqua quae *MN* reliquae, scilicet *RH*, emiolia est.[1]) ipsi *MO* est maior quam emiolius est axis eius, quae usque ad axem, scilicet *RH*.[2]) et quoniam supponebatur portio ad humidum in grauitate non minorem proportionem habens illa, quam habet tetragonum, quod ab excessu, quo axis est maior quam emiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, palam, quod non minorem proportionem habet portio ad humidum in grauitate illa proportione, quam habet tetragonum quod ab *MO* ad id quod ab *NO*. quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habet demersa ipsius portio ad totam solidam portionem. demonstratum est enim hoc [prop. 1]. sed quam habet proportionem demersa portio ad totam, hanc

---

positum est, ut pars ad uerticem sita duplo maior sit altera; Quaest. Arch. p. 33.

1) Nam $MN = NO \div MO = \frac{3}{2}(RO \div OH) = \frac{3}{2}RH$.

2) H. e. $NO = \frac{3}{2}RH + MO$. „quae usque ad axem“ (ἡ μέχρι τοῦ ἄξονος; περὶ κων. 3 p. 304, 3) est dimidia parametrus ($p$); u. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 51 nr. 13. sed $RH = \frac{1}{2}p$ (Apollon. con. V, 13). est igitur

$$NO = MN + MO = \frac{3}{2}RH + MO.$$

---

2. *RH*] „*rm*“ Tartalea. 3. *OH*] „*on*“ Tartalea. 4. *HM*] „*rm*“ Tartalea. 5. *OH*] sc. emiolia. 6. reliquae] „reliqua“ Tartalea. est] (alt.) igitur? „ergo axis tanto maior est quam sesquialter eius, quae usque ad axem, quanta est linea *MO*“ Comm. 8. *RH*] „*rm*“ Tartalea. 9. „minuerem“ Tartalea. 14. proportione] „proportionem“ Tartalea. 19. portio] „proportio“ Tartalea.

habet tetragonum quod ab *PF* ad tetragonum quod ab *NO*. demonstratum est enim in iis, quae de conoidalibus, quod, si a rectangulo conoidali duae portiones qualitercunque productis planis abscindantur portiones, adinuicem eandem habebunt proportionem, quam tetragona quae ab axibus ipsorum [περὶ κων. 24]. non minorem ergo proportionem habet tetragonum quod a *PF* ad tetragonum quod ab *NO*, quam tetragonum quod ab *MO* ad tetragonum quod ab *NO*. quare quae *PF* non est minor quam *MO*, neque quae *BP* quam *HO*.[1]) si igitur ab *H* ipsi *NO* recta ducatur, cadet intra *B* et *P*. quoniam igitur quae quidem *PF* est aequidistanter diametro, quae autem *MT* est perpendicularis ad diametrum, et quae *RH* aequalis ei, quae usque ad axem, ab *R* ad *T* copulata et educta facit angulos rectos ad contingentem secundum *P*.[2]) quare et ad *IS* et ad eam, quae per *IS*, superficiem humidi faciet aequales angulos.[3]) si autem per *B*, *G* ipsi *RT* aequedistantes ducantur, anguli recti erunt facti ad superficiem humidi, et quod quidem in humido assumitur

---

1) Nam $BP = \frac{2}{3} PF$ (p. 380 not. 1) et
$HO = \frac{2}{3} MO$ ɔ: $BP \geqq HO$.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 54 nr. 21.

3) Nam $IS$ ǂ $K\Omega$; tum u. Eucl. I, 29.

---

1. ab *PF* ad tetragonum quod ab *NO*] om. Tartalea lacuna relicta; corr. Comm. 6. ipsorum] post hoc uocabulum lacunam habet Tartalea. 10. *HO*] „*no*“ Tartalea. 11. *H*] „*m*“ Tartalea (et fortasse in figura permutandae *M* et *H*; nam in figura Tartaleae *M* loco litterae *H* positum est, sed praeterea inter *M* et *O* littera *H*). recta] πρὸς ὀρθάς. „cadent“ Tartalea. Post *P* desideratur: concidat in *T*; cfr. p. 385, 10. 14. *RH*] „*rm*“ Tartalea. 17. aequales] rectos? 18. autem] igitur? (δή).

solidum conoidalis sursum fertur secundum eam, quae per $B$, aequedistantem ipsi $RT$, quod autem extra humidum assumptum deorsum fertur in humidum secundum productam per $G$ aequedistantem ipsi $RT$ [I hypoth. 2], et per totum idem erit, donec utique conoidale rectum restituatur.

## V.


Recta portio rectanguli conoidalis, quando leuior existens humido habuerit axem maiorem quam emiolium eius, quae usque ad axem, si ad humidum in grauitate non maiorem proportionem habeat illa, quam habet excessus, quo maius est tetragonum quod ab axe tetragono, quod ab excessu, quo axis est maior quam emiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, posita inclinata non manet inclinata, sed restituetur, ita ut axis ipsius secundum perpendicularem sit.

demittatur enim in humidum aliqua portio, qualis dicta est, et sit basis ipsius tota in humido. secta autem ipsa plano per axem recto ad superficiem humidi erit sectio rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11]; et sit quae $APOL$, axis autem et diameter sectionis quae $NO$, superficiei autem humidi sectio quae $IS$. et quoniam non est axis secundum perpendicularem, non faciet quae $NO$ ad $IS$ angulos aequales. ducatur

---

1. „ea" Tartalea. 3. „assumpta" Tartalea. 10. quae] „que" Tartalea. 12. „tetragonam" Tartalea. 23. axis] sc. portionis. 24. quae] (prius) „quam" Tartalea.

autem quae $K\Omega$ contingens sectionem $APOL$ secundum $P$ aequidistans ipsi $IS$, et per $P$ ipsi $NO$ aequedistans quae $PF$, et accipiantur centra grauitatum, et




sit ipsius quidem $APOL$ centrum $R$, eius autem, quod extra humidum, $B$, et copulata quae $BR$ educatur ad $G$, et sit $G$ centrum grauitatis solidi assumpti in humido [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. et accipiatur quae $RH$ aequalis ei, quae usque ad axem, quae autem $OH$ dupla ipsius $HM$, et alia fiant consimiliter superiori [prop. 4 p. 381, 4]. quoniam igitur supponitur portio ad humidum in grauitate non maiorem proportionem habens proportione, quam habet excessus, quo maius est tetragonum quod ab $NO$ tetragono quod ab $MO$, ad tetragonum quod ab $NO$, sed quam proportionem habet in grauitate portio ad humidum aequalis molis, hanc proportionem habet demersa ipsius portio ad totum solidum (demonstratum est enim hoc in primo theoremate), non maiorem ergo proportionem habet demersa magnitudo portionis ad totam portionem, quam sit dicta proportio. quare non maiorem proportionem habet tota portio ad eam, quae extra humidum, portionem, quam habet tetragonum

---

2. „grauitatem" Tartalea. 12. $RH$] „*rm*" Tartalea; cfr. ad p. 382, 11. 13. axem] „axe" lacuna relicta Tartalea. 19. ad] om. Tartalea. 25. proportio] „portio" Tartalea. 27. portionem] „proportionem" Tartalea.

quod ab *NO* ad tetragonum quod ab *MO*.[1]) habet autem tota portio ad portionem quam extra humidum eandem proportionem, quam habet tetragonum quod ab *NO* ad id quod a *PF* [περὶ κων. 24]. non maiorem ergo proportionem habet quod ab *NO* ad id a *PF*, quam quod ab *NO* ad id quod ab *MO*. non minor ergo fit quae *PF* quam quae *OM*. quare nec quae *PB* quam *HO* [p. 382 not. 1]. quae ergo ab *H* producitur ipsi *NO* ad rectos angulos, concidet ipsi *BP* intra *P* et *B*. concidat secundum *T*. et quoniam in rectanguli coni sectione quae *PF* est aequidistanter diametro *NO*, quae autem *HT* perpendicularis super diametrum, quae autem *RH* aequalis ei, quae usque ad axem, palam, quod quae *RT* educta facit angulos rectos ad *KPΩ*. quare et ad *IS* [p. 382 not. 2—3]. quae ergo *RT* est perpendicularis ad superficiem humidi. et per signa *B*, *G* aequedistanter ipsi *RT* productae erunt perpendiculares ad superficiem humidi. quae quidem igitur extra humidum portio deorsum feretur in humidum secundum productam per *B* perpendicularem, quae autem intra humidum sursum feretur secundum perpendicularem, quae

1) Est $ISAL : APOL \lesseqgtr NO^2 \div MO^2 : NO^2$ siue

$$APOL : ISAL \gtreqless NO^2 : NO^2 \div MO^2;$$

itaque ἀναστρέψαντι (Eucl. V, 19 πόρισμα et Pappus VII, 48 p. 686)

$$APOL : APOL \div ISAL \lesseqgtr NO^2 : MO^2.$$

1. *MO*] „*mt*" Tartalea. 5. quod] „quae" Tartalea. id] id quod? 8. *HO*] „*no*" Tartalea. 9. *H*] „*m*" Tartalea. *NO* ad rectos angulos] „*ro* aequidistans" Tartalea. 12. *NO*] „*ro*" Tartalea. *HT*] „*nt*" Tartalea. 13. *RH*] „*rm*" Tartalea. 20. „ferretur" Tartalea, ut lin. 22. „producta" Tartalea.

per *G*, et non manet solida portio *APOL*, sed intra humidum erit motum, donec utique quae *NO* fiat secundum perpendicularem.


## VI.

Recta portio rectanguli conoidalis quando humido leuior existens axem habuerit maiorem quidem quam hemiolium, minorem autem, quam ut habet hanc proportionem ad eam quae usque ad axem, quam habent quindecim ad quattuor, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius contingat humidum, numquam stabit inclinata ita, ut basis ipsius secundum unum signum contingat humidum.

sit portio, qualis dicta est, et dimissa in humidum consistat, sicut ostensum est, ita ut basis ipsius secundum unum signum contingat humidum. secta autem ipsa per axem plano recto ad superficiem humidi sectio superficiei portionis sit quae *APOL* rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], superficiei autem humidi quae *AS*, axis autem portionis et diameter sit quae *NO*, et secetur secundum *F* quidem ita, ut quae *OF* sit quae dupla ipsius *FN*, secundum $\Omega$ autem ita, ut quae *NO* ad $F\Omega$ habeat proportionem quam quindecim ad quattuor, et ipsi *NO* adducatur quae $\Omega K$. quae autem *NO* maiorem proportionem habet ad $F\Omega$, quam ad eam, quae usque ad axem. sit quae *FB* aequalis ei, quae usque ad axem, et ducatur quae qui-

2. „in motum“ Tartalea (in motu?). 7. habet] habeat? 17. superficiei] deleo. 19. diameter] sc. sectionis. 20. ut] om. Tartalea. 21. quae] deleo. 23. adducatur] „ad rectos angulos ducatur“ Comm. 25. „ea“ Tartalea.

dem $PC$ aequedistanter ipsi $AS$ contingens sectionem $APOL$ secundum $P$, quae autem $PI$ aequedistanter ipsi $NO$. secet autem quae $PI$ prius ipsam $K\Omega$. quoniam igitur in portione $APOL$ contenta a recta et a sectione rectanguli coni quae quidem $KH$ aequedistanter ipsi $AL$, quae autem $PI$ aequedistanter diametro secta ipsa $K\Omega$, quae autem $AS$ aequedistanter contingenti secundum $P$, necessarium est, ipsam $PI$ autem eandem proportionem habere ad $PH$, quam habet quae $N\Omega$ ad $\Omega O$, aut maiorem proportionem. demonstratum est enim hoc persumpta.[1] quae autem $\Omega N$ est emiolia ipsius $\Omega O$.[2] et quae $IP$ ergo aut emiolia est ipsius $HP$ aut maior quam emiolia. quae ergo $PH$ ipsius $HI$ aut dupla est aut minor quam dupla.[3])





1) A quo, nescimus; cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 54 nr. 22.

2) Nam $FO = 2FN$; itaque $FN : NO = 1 : 3 = 5 : 15$, et ex hypothesi est $F\Omega : NO = 4 : 15$. quare addendo erit $FN + F\Omega : NO = 9 : 15 = N\Omega : NO$; unde $O\Omega : N\Omega = 6 : 9$.

3) Erat $PI : PH \geqq N\Omega : O\Omega$ et $N\Omega = \frac{3}{2} O\Omega$; unde
$$PI \geqq \tfrac{3}{2} PH.$$
itaque $HI = PI \div PH \geqq \frac{1}{2} PH$, h. e. $PH \leqq 2HI$.

9. $KH$] $K\Omega$ Comm. 10. „ipsa $AL$ quo" Tartalea. 14. $P$] hic lacunam habet Tartalea. 15. autem] aut? 17. aut] om. Tartalea. 18. persumpta] per sumpta? $\Omega N$] „$\omega h$" Tartalea. 19. $IP$] „$ih$" Tartalea.

sit autem quae *PT* ipsius *TI* dupla. centrum ergo grauitatis eius, quod in humido, est signum *T* [p. 380 not. 1]. et copulata quae *TF* educatur, et sit centrum grauitatis eius, quod extra humidum, *G* [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8], et a *B* ipsi *NO* recta quae *BR*. quoniam igitur est quae quidem *PI* aequedistanter diametro *NO*, quae autem *BR* perpendicularis super diametrum, quae autem *FB* aequalis ei, quae usque ad axem, palam, quod quae *FR* educta aequales angulos faciet ad contingentem sectionem *APOL* secundum *P* [p. 382 not. 2—3]. quare et ad *AS* et ad superficiem aquae. ductis autem per *T*, *G* aequedistanter ipsi *FB*, erunt et ipsae perpendiculares ad superficiem aquae, et magnitudo quidem inter humidum assumpta ex solido *APOL* sursum feretur secundum eam, quae per *T*, perpendicularem; quae autem extra humidum, deorsum feretur in humidum secundum eam, quae per *G*, perpendicularem. reuoluetur ergo solidum *APOL*, et basis ipsius non tanget superficiem humidi secundum unum signum. si autem quae *PI* non secuerit lineam *KΩ*, sicut in secunda figura descriptum est, manifestum, quod signum *T*, quod est centrum gra-




9. *FR*] „*tr*“ Tartalea. aequales] h. e. rectos. faciet] om. Tartalea. 15. „ferretur“ Tartalea. 18. „ferret“ Tartalea. 27. secunda] „solida“ Tartalea; corr. Comm.

uitatis demersae portionis cadet inter *P* et *I*, et reliqua similiter demonstrabuntur.


## VII.

Recta portio rectanguli conoidalis quando humido leuior fuerit et axem habuerit maiorem quidem quam emiolium eius, quae usque ad axem, minorem autem quam ut proportionem habeat ad eam, quae usque ad axem, quam quindecim ad quattuor, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, nunquam stabit ita, ut basis ipsius tangat superficiem humidi, sed ut tota sit in humido, nec secundum unum signum tangens superficiem.

sit portio, qualis dicta est, et dimissa in humidum, sicut dictum est, consistat ita, ut basis ipsius tangat superficiem humidi. demonstrandum, quod non manet, sed reuoluetur ita, ut basis ipsius tangat superficiem humidi non secundum unum signum. secta enim ipsa plano recto ad superficiem humidi sectio sit quae *APOL* rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11]. sit autem et superficiei humidi sectio quae *SL*, axis autem portionis et diameter quae *PF*.† sit *I*. rursum autem secetur quae *PF* secundum *R* quidem ita, ut quae *RP* sit dupla ipsius *RF*, secundum *Ω* autem ita, ut quae *PF* ad *RΩ* proportionem habeat, quam quindecim ad quattuor, et quae *ΩK* recta ducatur super *PF*. erit autem minor quae *RΩ* quam ea quae

6. eius, quae] „eiusq́" Tartalea. autem quam] „aut" Tartalea. 18. recto] „recta" Tartalea. 20. humidi] „humida" Tartalea. *SL*] „*sa*" Tartalea. 21. sit *I*] ? 24. *PF*] „*pω*" Tartalea.

usque ad axem [cfr. p. 386, 24]. accipiatur igitur ei quae usque ad axem aequalis quae $RH$, et quae quidem $CO$ ducatur contingens sectionem penes $O$ existens





aequedistans ipsi $SL$, et quae $NO$ et aequedistans ipsi $PF$. secet autem quae $NO$ ipsam $K\Omega$ prius secundum $I$. consimiliter autem praecedenti demonstrabitur, quod quae $NO$ aut hemiolia est ipsius $OI$ aut maior quam hemiolia. erit autem quae $OI$ ipsi $IN$ minor quam dupla.[1]) sit igitur quae $OB$ dupla ipsius $BN$, et disponantur eadem prioribus [p. 388, 1 sq.]. similiter igitur demonstrabitur quae $RT$ faciens angulos rectos ad $CO$ [p. 382 not. 2—3] et ad superficiem humidi, et ab ipsis $B$, $G$ productae aequedistanter ipsi

1) $ON : OI \overline{\geqq} F\Omega : P\Omega$ (p. 387 not. 3); $F\Omega = \frac{3}{2} P\Omega$; itaque $ON \overline{\geqq} \frac{3}{2} OI$. et $IN = ON \div OI \overline{\geqq} \frac{1}{2} OI$, h. e. $OI \overline{\leqq} 2\,IN$. — fig. 2 om. Tartalea.

3. sectionem] „sectiones" Tartalea. 4. $SL$] „$as$" Tartalea. et quae $NO$ et] ἡ δὲ $NO$ καί. 8. erit] „sit" Tartalea, Comm. $OI$] „$ot$" Tartalea. $IN$] „$tn$" Tartalea. 10. eadem] „tandem" Tartalea. „$rf$" Tartalea, ut p. 391 lin. 1.

$RT$ erunt perpendiculares super superficiem humidi. portio igitur quae quidem extra humidum deorsum




feretur in humidum secundum eam, quae per $B$, perpendicularem, quae autem inter humidum, sursum feretur secundum eam, quae per $G$. manifestum igitur, quod uoluitur solidum ita, ut basis ipsius nec secundum unum contingat superficiem humidi, quoniam nunc secundum unum tangens ad deorsum feretur ex parte $A$. — manifestum autem, quod et, si quae $NO$ non secuerit ipsam $\Omega K$, eadem demonstrabuntur.

## VIII.

Recta portio rectanguli conoidalis quando axem habuerit maiorem quam hemiolium eius, quae usque ad axem, minorem autem quam ut ad eam, quae ad

---

3. „ferretur" Tartalea, ut lin. 4. 5. „quam" Tartalea. manifestum] „maximum" Tartalea. 6. „aduoluit" Tartalea. nec] οὐδέ. 8. „ferret" Tartalea. 10. „eandem" Tartalea. 14. quam] om. Tartalea.

axem, habeat proportionem, quam habet quindecim ad quattuor, si grauitate ad humidum habeat proportionem minorem proportione, quam habet tetragonum quod ab excessu, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, dimissa in humidum ita, ut basis ipsius non tangat humidum, nec in rectum restituetur nec manebit inclinata, nisi quando axis ipsius ad superficiem humidi fecerit angulum aequalem ei, qui dicendus est.

sit portio, qualis dicta est, et sit quae $BD$ aequalis axi, et quae quidem $BK$ sit dupla ipsius $KD$, quae autem $RK$ aequalis ei, quae usque ad axem. sit autem et quae quidem $CB$ hemiolia ipsius $BR$. quam autem proportionem habet portio in grauitate ad humidum, hanc habeat quod ab $FQ$ tetragonum ad id, quod a $DB$. sit autem et quae $F$ dupla ipsius $Q$. palam igitur, quod quae $FQ$ ad ipsam $DB$ proportionem habet minorem proportione, quam habet quae $CB$ ad ipsam $BD$.[1]) excessus enim quod $CB$ est, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem. quae ergo $FQ$ erit minor ipsa $BC$. quare et quae $F$ minor ipsa $BR$. sit autem ipsi $F$ aequalis quae $R\mathfrak{X}$, et super ipsa $BD$ recta ducatur quae

---

1) Erat $CB = \frac{3}{2} BR$. sed

$$CD = BD \div BC = \tfrac{3}{2}(BK \div BR) = \tfrac{3}{2} RK.$$


et $CB = BD \div CD = BD \div \frac{3}{2} RK =$ excessui. et ex hypothesi est $CB^2 : BD^2 >$ sectio : humidum, h. e.

$$CB^2 : BD^2 > FQ^2 : BD^2 \text{ (ex hypothesi).}$$

---

2. grauitate] „grauis“ Tartalea. 13. $CB$] „*eb*“ Tartalea. 15. habeat] om. Tartalea. 17. „*fg*“ Tartalea. 19. $CB$] „*tb*“ Tartalea. quod] ? $CB$] „*gd*“ Tartalea. 22. quae] „quam“ Tartalea.


$\mathfrak{X}E$, quae possit dimidium eius, quod sub $KR$, $B\mathfrak{X}$, et copuletur quae $BE$. demonstrandum, quod portio di-




missa in humidum, ut dictum est, consistet inclinata ita, ut axis ad superficiem humidi faciat angulum a qualem angulo $EB\mathfrak{X}$. — demittatur enim aliqua portio in humidum, et basis ipsius non tangat superficiem humidi. et si possibile est, axis ipsius ad superficiem humidi non faciat angulum aequalem angulo $B$, sed primo maiorem. secta autem portione per axem plano recto ad superficiem humidi sectio erit quae $APOL$ rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], superficies autem humidi quae $XS$, axis autem et diameter portionis quae $NO$. ducatur autem et quae quidem $PY$ aequedistanter ipsi $XS$ contingens sectionem $APOL$ secundum $P$, quae autem $PM$ aequedistanter ipsi $NO$, quae autem $PI$ perpendicularis super $NO$,

1. $B\mathfrak{X}$] „$x$“ Tartalea. 5. „demonstratur“ Tartalea. aliqua] delet Nizzius. 10. erit] sit? 11. „quam“ Tartalea. 12. superficiei? (sc. sectio). $XS$] „$xs$“ Tartalea, qui omnino litteras $X$ et $\mathfrak{X}$ confundit.

et quae quidem $BR$ sit aequalis ipsi $O\Omega$, quae autem $RK$ ipsi $T\Omega$, et quae $\Omega H$ recta super axem. quoniam igitur supponitur axis portionis ad superficiem humidi facere angulum maiorem angulo $B$, palam, quod angulo $PIN$ angulus qui ad $PYI$ est maior angulo $B$. maiorem igitur proportionem habet tetragonum quod a $PI$ ad tetragonum quod ab $IY$, quam tetragonum quod ab $E\mathfrak{X}$ ad tetragonum quod a $\mathfrak{X}B$.[1]) sed quam quidem proportionem habet tetragonum quod a $PI$ ad id, quod ab $IY$, hanc habet quae $KR$ ad $YI$[2]); quam autem proportionem habet tetragonum quod ab $E\mathfrak{X}$ ad tetragonum a $\mathfrak{X}B$, hanc habet medietas ipsius $KR$ ad $\mathfrak{X}B$.[3]) maiorem ergo proportionem habet quae $KR$ ad $YI$, quam medietas ipsius $KR$ ad $\mathfrak{X}B$. minor ergo est quam dupla quae $IY$ ipsius $\mathfrak{X}B$. ipsius autem $OI$ dupla est quae $IY$ propter septimum theorema primi libri elementorum conicorum Apollonii.[4]) est ergo quae $OI$ minor quam




1) Sit $\angle ACB = 90^0$ et $\angle EDC > BAC$; ducatur $AF \parallel DE$. erit $CF : AC > CB : AC$; sed $CF : AC = CE : CD$; h. e. $CE : CD > CB : AC$. cfr. Zeitschr. f. Math. XXIV p. 179 nr. 8.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 51 nr. 13.

3) Nam ex hypothesi: $E\mathfrak{X}^2 = \frac{1}{2} KB \times B\mathfrak{X}$, h. e. $E\mathfrak{X}^2 : B\mathfrak{X}^2 = \frac{1}{2} KB : B\mathfrak{X}$.

4) Zeitschr. f. Math. XXV p. 53 nr. 16. Apollonii I, 7, quae

1. $O\Omega$] „$i\omega$“ Tartalea. 2. $T\Omega$] „$no$“ Tartalea. „rectam“ Tartalea. 5. angulo $PIN$] ? $PYI$] „$pim$“ Tartalea. 7. $IY$] „$i$“ ante lacunam Tartalea, ut lin. 10. 8. $\mathfrak{X}B$] „$xo$“ Tartalea. 11. $YI$] „$i$“ post lacunam Tartalea, ut lin. 14. 12. medietas] ɔ: dimidium. 15. $IY$] „$i$“ Tartalea. 16. $\mathfrak{X}B$] „$cd$“ Tartalea. $IY$] „$\omega$“ Tartalea; om. Comm. 18. „conoycorum“ Tartalea.

$\mathfrak{X}B$; quare quae $I\Omega$ est maior quam $\mathfrak{X}R$.[1]) quae autem $\mathfrak{X}R$ est aequalis ipsi $F$. maior ergo est quae $I\Omega$ quam $F$. et quoniam supponitur portio ad humidum in grauitate habere proportionem, quam tetragonum quod ab $FQ$ ad tetragonum quod a $BD$, quam autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habet proportionem pars ipsius demersa ad totam portionem [prop. 1], quam autem pars demersa ad totam, hanc habet tetragonum quod a $PM$ ad tetragonum quod ab $ON$ [περὶ κων. 24], quam ergo proportionem habet tetragonum quod ab $FQ$ ad tetragonum quod a $BD$, hanc proportionem habet tetragonum quod ab $MP$ ad tetragonum quod ab $ON$. aequalis ergo est quae $FQ$ ipsi $PM$.[2]) quae autem $PH$ demonstrata est esse maior quam $F$.[3]) palam ergo, quod quae $PM$ est minor quam hemiolia ipsius $PH$, et $PH$ maior quam dupla ipsius $HM$.[4]) sit igitur quae $PZ$ dupla ipsius $ZM$. erit autem $T$ quidem centrum grauitatis solidi[5]), eius autem, quod intra humidum, $Z$, reliquae autem magnitudinis centrum

hic locum non habet, Archimedes certe non citauerat; om. Comm.

1) Nam ex hypothesi est $RB = O\Omega$.

2) Nam ex hypothesi est $BD = ON$.

3) Nam $PH = I\Omega$.

4) $PM = FQ = \frac{3}{2}F$, sed $PH > F$; itaque $PM < \frac{3}{2}PH$. et $HM = PM \div PH < \frac{3}{2}PH \div PH$, h. e. $PH > 2HM$.

5) Nam $T\Omega = RK$, $O\Omega = BR$; ergo $BK = TO$; sed $BK = 2KD$, et $BD = NO$; quare $TO = 2NO$; tum u. p. 380 not. 1.

4. „perportionem“ Tartalea. 6. portio] „proportio“ Tartalea. 10. ad] „a“ Tartalea. 13. $MP$] „$mh$“ Tartalea. 16. hemiolia ipsius $PH$, et $PH$ maior quam] om. Tartalea; suppleui ex Comm. 19. solidi] „totius solidi“ Comm. 20. „reliquam“ Tartalea.


grauitatis erit in linea $ZT$ copulata et educta, et educatur ad $G$ [ἐπιπ. ἰσορρ. I, 8]. demonstrabitur autem similiter quae $TH$ perpendicularis existens ad superficiem humidi [p. 382 not. 3]. et portio quidem quae intra humidum fertur ad extra humidi secundum perpendicularem ductam per $Z$ ad superficiem humidi; quae autem extra humidum feretur intra humidum secundum eam, quae per $G$. non manet autem portio secundum suppositam inclinationem nec etiam in rectum restituetur. palam enim propter hoc, quoniam quae producuntur per $Z$, $G$ perpendiculares quae quidem per $Z$ perducit ipsi $GL$ ad easdem partes cadit, ad quas est $L$ et secundum $G$, quae autem per $G$ ad easdem ipsi $A$. palam, quod propter praedicta $Z$ quidem centrum sursum feretur, $G$ autem deorsum. quare totius magnitudinis quae ex parte $A$ deorsum feretur. hoc autem erat inutile ad demonstrandum.

supponatur rursum alia quidem eadem, axis autem portionis ad superficiem humidi faciat angulum minorem eo, qui apud $B$; minorem autem proportionem habet tetragonum quod a $PI$ ad tetragonum quod ab $IY$, quam quod ab $E\mathfrak{X}$ ad id quod a $\mathfrak{X}B$ [p. 394 not. 1]. et quae $KR$ ergo ad $YI$ minorem propor-

---

3. similiter] sc. ac antea. 5. ad extra humidi] ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ ὑγροῦ. 6. „ducta" Tartalea. ad] om. Tartalea. 7. „ferretur" Tartalea. 8. „ea" Tartalea. autem] δή? 11. Ante alt. „quae" lacunam habet Tartalea. 12. „perducit ipsi $GL$" et lin. 13: „et secundum $G$" om. Comm.; locus corruptissimus. 13. $L$] om. Tartalea. 14. $A$] „$zg$" Tartalea. 15. „ferretur" Tartalea, ut lin. 17. 17. hoc autem] cet. om. Comm. haec tota conclusio omnino obscurior est. 20. autem] δή? 22. $IY$] „$i\omega$" Tartalea, ut p. 397 lin. 2. quod ab $E\mathfrak{X}$] „ad $abx$" Tartalea. 23. $YI$] „$\omega i$" Tartalea.

tionem habet, quam medietas ipsius $KR$ ad $\mathfrak{X}B$. est ergo quae $IY$ maior quam dupla ipsius $\mathfrak{X}B$. ergo quae $\Omega I$ minor. ipsius autem $OI$ dupla. maior ergo




est quae $OI$ ipsius $\mathfrak{X}B$. est autem et tota quae $O\Omega$ aequalis ipsi $RB$, et reliqua minor est quam $\mathfrak{X}R$.[1] erit ergo et quae $PH$ minor quam $F$. quae autem $MP$ ipsi $FQ$ est aequalis. palam, quod $PM$ est maior quam emiolia ipsius $PH$, quae autem $PH$ minor quam dupla ipsius $HM$. sit igitur quae $PZ$ ipsius $ZM$ dupla. igitur rursum totius quidem centrum grauitatis erit $T$, eius autem, quod intra humidum, $Z$. copulata autem $ZT$ inuenietur centrum eius, quod

1) Et haec omnia et sequentia satis adparent ex iis, quae dicta sunt p. 394—95 cum notis. fig. 2 om. Tartalea.

2. „maiorem" Tartalea. ergo — minor] om. Comm. 3. maior] om. Tartalea lacuna relicta. ergo] „ergo $\omega$" Tartalea. 4. $O\Omega$] „$\omega t$" Tartalea. 5. $\mathfrak{X}R$] „$\psi r$" Tartalea.

extra humidum, in educta, et sit $G$, et ducatur perpendicularis ad superficiem humidi per $Z$, $G$ aequedistanter ipsi $NO$. palam igitur, quod non manet tota portio, sed reuoluetur ita, ut axis ad superficiem humidi faciat angulum maiorem illo, quem nunc facit. quoniam nec axe faciente ad humidum angulum maiorem quam $B$ consistit portio neque minorem, manifestum, quod tantum angulum faciente consistet. sic enim erit quae $IO$ aequalis ipsi $\mathfrak{X}B$, et quae $\Omega I$ ipsi $\mathfrak{X}R$, et quae $PH$ ipsi $F$.[1]) erit igitur $MP$ emiolia ipsius $PH$, quae autem $PH$ ipsi $HM$ dupla. quod autem †. ergo eius quod in humido centrum grauitatis est $H$. quare secundum eandem perpendicularem sursum feretur, et quod extra deorsum feretur. manebit ergo. contra pellentur enim ad inuicem.

## IX.

Recta portio rectanguli conoidalis quando axem habuerit maiorem quidem quam hemiolium eius, quae usque ad axem, minorem autem quam ut hanc habeat proportionem, quam habent quindecim ad quattuor,

---

1) Nam $BE\mathfrak{X} \sim PYI$; itaque (Eucl. VI, 4)

$$RI^2 : YI^2 = E\mathfrak{X}^2 : \mathfrak{X}B^2,$$


h. e. $KR : YI = \frac{1}{2}KR : \mathfrak{X}B$, et $YI = 2\mathfrak{X}B = 2OI$; $\mathfrak{X}B = OI$. sed $BR = O\Omega$; itaque subtrahendo $\mathfrak{X}R = \Omega I$ siue $PH = F$. et $MP = FQ = \frac{3}{2}F = \frac{3}{2}PH$ siue $PH = 2HM$. tum u. p. 380 not. 1.

---

1. ducantur perpendiculares? 5. maiorem] cum Comm.; „minorem quam" Tartalea. 9. $\Omega I$] „ω" Tartalea. 10. $MP$] „*mh*" Tartalea. 11. $HM$] „*h*ω" Tartalea. quod autem] lacuna relicta Tartalea; om. Comm. 12. $H$] om. Tartalea. 13. „ferretur" Tartalea, ut lin. 14. 14. contra cet.] „quoniam altera pars ab altera non repelletur" Comm. 19. quam] om. Tartalea. 20. „proportione" Tartalea.

et in grauitate ad humidum habeat proportionem maiorem proportione, quam habet excessus, quo tetragonum quod ab axe est maius tetragono, quod ab excessu, quo axis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem, ad tetragonum quod ab axe, demissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, posita inclinata nec ut axis ipsius secundum perpendicularem sit nec manebit inclinata, nisi quando axis ipsius ad superficiem humidi fecerit angulum aequalem accepto similiter ut prius [prop. 8].

esto portio, qualis dicta est, et ponatur quae $DB$ aequalis axi portionis, et quae quidem $BK$ sit dupla ipsius $KD$, quae autem $KR$ aequalis ei, quae usque ad axem, quae autem $CB$ hemiolia ipsius $BR$. quam




autem proportionem habet portio ad humidum in grauitate, hanc habeat excessus, quo excedit tetragonum quod a $BD$ tetragonum quod ab $FQ$, ad tetragonum quod a $BD$. sit autem quae $F$ dupla ipsius $Q$. pa-

lam igitur, quod excessus, quo excedit tetragonum quod a $BD$ tetragonum quod a $BC$, ad tetragonum quod a $BD$ minorem habere proportionem quam excessus, quo tetragonum quod a $BD$ excedit tetragonum quod a $FQ$, ad tetragonum quod a $BD$. est enim $BC$ excessus, quo axis portionis est maior quam hemiolius eius, quae usque ad axem [u. p. 392, 19 et not. 1]. minor est in †. maiori ergo tetragonum quod a $BD$ excedit id, quod ab $FQ$, quam tetragonum quod a $BD$ excedat tetragonum quod a $BC$. quare quae $FQ$ est minor quam $BC$. ergo et quae $F$ quam $BR$.[1]) sit igitur ipsi $F$ aequalis quae $R\mathfrak{X}$, et quae $\mathfrak{X}E$ recta ducatur super $BD$ potens medietatem eius, quod continetur sub $KR$, $\mathfrak{X}B$. dico, quod portio demissa in humidum ita, ut basis ipsius tota sit in humido, consistat ita, ut axis ipsius ad superficiem humidi faciat angulum aequalem angulo $B$.

demittatur quidem enim portio in humidum, ut dictum est, et non faciat axis ad superficiem humidi angulum aequalem $B$, sed maiorem primo. secta autem ipsa plano recto ad superficiem humidi portionis sectio sit quae $APOL$ rectanguli coni sectio [περὶ κων. 11], superficiei autem humidi quae $CI$, axis autem portionis et diameter sectionis sit quae $NO$, et sit secta secundum $\Omega$, $T$ ut et prius [u. prop. 8 p. 394, 1—2]. ducatur autem quae quidem $YP$ aequedistanter ipsi

1) Nam ex hypothesi est $F = \frac{2}{3} FQ$ et $BR = \frac{2}{3} BC$.

1. excedit] „excidit“ Tartalea. 3. „minorem habere“ usque ad „est enim $BC$ excessus“ lin. 6 (incl.) om. Tartalea; suppleui ex Comm.; cfr. p. 392, 17 sq. 8. minor est in] ?; om. Comm. 10. excedit? 14. $\mathfrak{X}B$] „et iungatur $BE$“ addit Nizzius collato p. 393, 2.


$CI$ contingens sectionem secundum $P$, quae autem $MP$ aequedistanter ipsi $NO$, quae uero $PS$ perpendicularis super axem. quoniam igitur axis portionis ad superficiem humidi facit angulum maiorem angulo $B$, erit utique et angulus qui sub $SYP$ maior angulo $B$. tetragonum ergo quod a $PS$ ad tetragonum quod ab $SY$ habet proportionem maiorem, quam tetragonum quod a $\mathfrak{X}E$ ad tetragonum quod a $\mathfrak{X}B$.[1] ergo et quae $KR$ ad $SY$ habet proportionem maiorem, quam medietas ipsius $KR$ ad $\mathfrak{X}B$. minor ergo quae $SY$ quam dupla ipsius $\mathfrak{X}B$, et quae $SO$ quam $\mathfrak{X}B$ minor. quae $S\Omega$ ergo maior quam $R\mathfrak{X}$, et quae $PH$ quam $F$. et si portio in grauitate ad humidum habet proportionem, quam excessus, quo tetragonum quod a $BD$ est maius tetragono quod ab $FQ$, ad tetragonum quod a $BD$, quam autem proportionem habet portio in grauitate ad humidum, hanc proportionem habet demersa ipsius portio ad totam [prop. 1], palam, quod eandem habebit proportionem demersa ipsius portio ad totam portionem, quam excessus, quo tetragonum quod a $BD$ excedit tetragonum quod ab $FQ$, ad tetragonum quod a $BD$. habebit igitur et tota portio ad eam, quae extra humidum, proportionem, quam tetragonum quod a $BD$ ad id, quod ab $FQ$.[2] quam autem proportionem habet tota

1) De hoc et de sequentibus u. p. 394, 6 seqq. cum notis.

2) Erat tota portio: pars demersa $= BD^2 : BD^2 \div FQ^2$; tum ἀναστρέψαντι sequitur, quod quaerimus.

1) Uidetur significari commentarium nescio cuius in Archimedis librum de triangulis rectangulis ab Arabibus solis commemoratum (Quaest. Arch. p. 30); idem fortasse significatur in prop. 2. demonstrationem dedit Almochtasso praemissa propositione notissima, altitudines trianguli acutianguli in eodem puncto concurrere. ne sit igitur *BID* recta; ducatur alia linea, quae *AI* in *m* secet; erit $\angle AmD = 90^0$; sed $\angle AID = 90^0$; itaque $AmD = AID$, quod fieri non potest; demonstrationem eandem de quouis triangulo ualere, ostendit Nizzius p. 257.

2) Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 178 nr. 4.


3) Ex Eucl. VI, 2 componendo.

in *CB* aequale sit rectangulo *AB* in suam diametrum, et demonstratur inde etiam, quod duae diametri circulorum *EFG*, *LMN* sint aequales. ergo illi duo circuli sunt aequales; et hoc est, quod uoluimus.[1])

## VI.

Si fuerit semicirculus *ABC*, et in eius diametro sumatur punctum *D*, et fuerit *AD* ipsius *DC* sesquialtera, et describantur super *AD*, *DC* duo semicirculi, et ponatur circulus *EF* inter tres semicirculos tangens eos, et educatur diameter *EF* in illo parallela diametro *AC*, reperiri debet proportio diametri *AC* ad diametrum *EF*.[2])

iungamus enim duas lineas *AE*, *EB* et duas lineas *CF*, *FB*. erunt *CB*, *AB* rectae, uti dictum est




in prima propositione. describamus etiam duas lineas *FGA*, *EHC*, ostendeturque esse quoque rectas [p. 430 not. 1]; similiter duas lineas *DE*, *DF*, et iungamus *DI*, *DL* et *EM*, *FN* et producamus eas ad *O*, *P*. et


1) Plura de arbelo habet Pappus IV, 19 p. 208 sq. duas propositiones hoc loco addidit Alkauhi, mathematicus Arabs; u. Borellus p. 393—95, Nizze p. 257.
2) Cfr. Pappus IV, 26 p. 224 sq.

quia in triangulo $AED$ $AG$ est perpendicularis ad $ED$, et $DI$ est quoque perpendicularis ad $AE$, et iam se mutuo secuerunt in $M$, ergo $EMO$ erit etiam perpendicularis, quemadmodum ostendimus in expositione, quam confecimus de proprietatibus triangulorum, et cuius demonstratio iam quidem praecessit in superiori propositione [p. 434 not. 1]. similiter quoque erit $FP$ perpendicularis super $CA$, et quia duo anguli, qui sunt apud $L$ et $B$, sunt recti, erit $DL$ parallela ipsi $AB$, et pariter $DI$ ipsi $CB$. igitur proportio $AD$ ad $DC$ est ut proportio $AM$ ad $FM$ [Eucl. VI, 2], immo ut proportio $AO$ ad $OP$, et proportio $CD$ ad $DA$ ut proportio $CN$ ad $NE$, immo ut proportio $CP$ ad $PO$. et erat $AD$ sesquialtera $DC$; ergo $AO$ est sesquialtera $OP$ et $OP$ sesquialtera $CP$. ergo tres lineae $AO$, $OP$, $PC$ sunt proportionales, et in eadem mensura, in qua est $PC$ quattuor, erit $OP$ sex, et $AO$ nouem, et $CA$ nouendecim. et quia $PO$ aequalis est $EF$, erit proportio $AC$ ad $EF$ ut nouendecim ad sex. igitur reperimus dictam proportionem. etiam si fuerit $AD$ ad $DC$ qualiscunque, ut sesquitertia aut sesquiquarta aut alia, erit iudicium et ratio, uti dictum est. et hoc est, quod uoluimus.

## VII.

Si circulus circa quadratum descriptus fuerit, et alius intra illum, utique erit circumscriptus duplus inscripti. sit itaque circulus comprehendens quadratum $AB$ circulus $AB$, et inscriptus $CD$, et sit diameter quadrati $AB$, et est diameter circuli circumscripti, et educamus $CD$ diametrum circuli inscripti parallelam

ipsi $AE$, quae est ei aequalis. et quia quadratum $AB$ duplum est quadrati $AE$ [Eucl. I, 47] siue $DC$, et proportio quadratorum ex diametris circulorum est





eadem proportioni circuli ad circulum [Eucl. XII, 2], igitur circulus $AB$ duplus est circuli $CD$; et hoc est, quod uoluimus.

## VIII.

Si egrediatur in circulo linea $AB$ ubicunque, et producatur in directum, et ponatur $BC$ aequalis semidiametro circuli, et iungatur ex $C$ ad centrum circuli, quod est $D$, et producatur ad $E$, erit arcus $AE$ triplus arcus $BF$.

educamus igitur $EG$ parallelam ipsi $AB$, et iungamus $DB$, $DG$. et quia duo anguli $DEG$, $DGE$ sunt aequales, erit angulus $GDC$ duplus anguli $DEG$ [Eucl. I, 32]. et quia angulus $BDC$ aequalis est angulo $BCD$, et angulus $CEG$ aequalis est angulo $ACE$ [Eucl. I, 29], erit angulus $GDC$ duplus




anguli $CDB$, et totus angulus $BDG$ triplus anguli $BDC$, et arcus $BG$ aequalis arcui $AE$ triplus est arcus $BF$ [Eucl. III, 26]. et hoc est, quod uoluimus.[1])

## IX.

Si mutuo se secuerint in circulo duae lineae $AB, CD$ (sed non in centro) ad angulos rectos, utique duo arcus $AD$, $CB$ sunt aequales duobus arcubus $AC$, $DB$.

educamus diametrum $EF$ parallelam ipsi $AB$, quae secet $CD$ bifariam in $G$; erit $EC$ aequalis ipsi $ED$




[Eucl. III, 3]. et quia tam arcus $EDF$, quam $ECF$ est semicirculus, et arcus $ED$ aequalis arcui $EA$ cum arcu $AD$, erit arcus $CF$ cum duobus arcubus $EA$, $AD$ aequalis semicirculo. et arcus $EA$ aequalis arcui $BF$; ergo arcus $CB$ cum arcu $AD$ aequalis est semicirculo. et remanent duo arcus $EC$, $EA$, nempe arcus $AC$, cum arcu $DB$ aequales illi. et hoc est, quod uoluimus.


## X.

Si fuerit circulus $ABC$, et $DA$ tangens illum, et $DB$ secans illum, et $DC$ etiam tangens, et educta fuerit $CE$ parallela ipsi $DB$, et iuncta fuerit $EA$ secans $DB$ in $F$, et educta fuerit ex $F$ perpendicularis $FG$ super $CE$, utique bifariam secabit illam in $G$.

iungamus $AC$, et quia $DA$ est tangens et $AC$ secans circulum, erit angulus $DAC$ aequalis angulo

1) Apte monuit Mauritius Cantor (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 169), hanc propositionem uere Archimedeam esse. breuiorem demonstrationem dedit Borellus.

cadenti in alterno segmento $AC$, nempe angulo $AEC$ [Eucl. III, 32], et est aequalis angulo $AFD$ eo, quod $CE$, $BD$ sunt parallelae [Eucl. I, 29]. ergo anguli $DAC$, $AFD$ sunt aequales, et in duobus triangulis




$DAF$, $AHD$ sunt duo anguli $AFD$, $HAD$ aequales, et angulus $D$ communis. propterea erit rectangulum $FD$ in $DH$ aequale quadrato $DA$[1]), immo quadrato $DC$ [p. 430, 22]. et quia proportio $FD$ ad $DC$ est eadem proportioni $CD$ ad $DH$ [Eucl. VI, 17], et angulus $D$ communis, erunt triangula $DFC$, $DCH$ similia [Eucl. VI, 6], et angulus $DFC$ aequalis $DCH$, qui aequalis est angulo $DAH$; et hic est aequalis angulo $AFD$. ergo duo anguli $AFD$, $CFD$ sunt aequales, et $DFC$ aequalis angulo $FCE$ [Eucl. I, 29]; et erat $DFA$ aequalis angulo $AEC$. ergo in triangulo $FEC$ sunt duo anguli $C$, $E$ aequales, et duo anguli $G$ recti, et latus $GF$ commune. propterea erit $CG$ aequalis ipsi $GE$ [Eucl. I, 26]. ergo $CE$ bifariam secatur in $G$. et hoc est, quod uoluimus.


## XI.

Si mutuo se secuerint in circulo duae lineae $AB$, $CD$ ad angulos rectos in $E$, quod non sit in centro,

1) Nam $ADH \sim ADF$ (Eucl. VI def. 1); ergo
$$FD : DA = DA : DH \text{ (Eucl. VI, 4)};$$
tum u. Eucl. VI, 17.

utique omnia quadrata $AE$, $BE$, $EC$, $ED$ aequalia quadrato diametri.

educamus diametrum $AF$, et iungamus lineas $AC$, $AD$, $CF$, $DB$. et quia angulus $AED$ est rectus, erit aequalis angulo $ACF$ [Eucl. III, 31], et angulus $ADC$ aequalis $AFC$ eo, quod sunt super arcum $AC$ [Eucl. III, 27]; et remanent in duobus triangulis $ADE$, $AFC$ duo anguli $CAF$, $DAE$ aequales. erunt pariter duo arcus $CF$, $DB$ aequales [Eucl. III, 26], immo et duae chordae eorum aequales [Eucl. III, 29]; et duo quadrata $DE$, $EB$ aequantur quadrato $BD$ [Eucl. I, 47], nempe $CF$, et duo quadrata $AE$, $EC$ aequantur quadrato $CA$, et duo quadrata $CF$, $CA$ aequantur quadrato $FA$, nempe diametri. igitur quadrata $AE$, $EB$, $CE$, $ED$ omnia sunt aequalia quadrato diametri. et hoc est, quod uoluimus.





## XII.

Si fuerit semicirculus super diametrum $AB$, et eductae fuerint ex $C$ duae lineae tangentes illum in duobus punctis $D$, $E$, et iunctae fuerint $EA$, $DB$ se mutuo secantes in $F$, et iuncta fuerit $CF$, et producatur ad $G$, erit $CG$ perpendicularis ad $AB$.

iungamus $DA$, $EB$. et quia angulus $BDA$ est rectus [Eucl. III, 31], erunt duo anguli $DAB$, $DBA$ reliqui in triangulo $DAB$ aequales uni recto; et angulus $AEB$ rectus. igitur sunt aequales ei. et ponamus angulum $FBE$ communem; ambo anguli $DAB$,

*ABE* sunt aequales *FBE*, *FEB*, immo angulo *DFE* externo in *FBE* [Eucl. I, 32]. et quia *CD* est tangens circulum, et *DB* secans illum, angulus *CDB* aequatur angulo *DAB*, et pariter angulus *CEF* aequatur angulo *EBA* [Eucl. III, 32]. ergo duo anguli *CEF*, *CDF* simul aequales sunt angulo *DFE*. et iam quidem planum fit ex nostro tractatu de figuris quadrilateris [1]), quod, si educantur inter duas lineas aequales sibi occurrentes in aliquo puncto, uti sunt duae lineae *CD*, *CE* [cfr. p. 430, 22], duae lineae se mutuo secantes, uti sunt duae lineae *DF*, *EF*, et fuerit angulus ab illis contentus, ut est angulus *F*, aequalis duobus angulis, qui occurrunt duabus lineis se inuicem secantibus, uti sunt duo anguli *E*, *D*, simul, erit linea egrediens a puncto concursus ad punctum sectionis, uti est linea *CF*, aequalis cuilibet linearum sibi occurrentium, ut *CD* uel *CE*.[2]) propterea erit *CF* aequalis ipsi *CD*. ergo angulus *CFD* est aequalis angulo *CDF*, nempe angulo *DAG*. sed angulus *CFD* cum angulo *DFG* est aequalis duobus rectis. ergo angulus *DAG* cum angulo *DFG*




---

1) De eiusmodi libro Archimedis nemo praeterea uerbum fecit.


2) Demonstrationem indirectam dedit Almochtasso. Borellus propositionem ita demonstrat: producatur $DC$, et sit $CH = CE$. iam cum $\angle H = CEH$ et ex hypothesi
$$DFE = CDF + CEF,$$
erit $DFE + H = CDF + FEH = 180^0$. itaque $DFEH$ circulo inscribi potest (Eucl. III, 22), et centrum erit $C$, cum $CH = DC = CE$. itaque erit $CF = CD$.

aequalis est duobus rectis. et remanent in quadrilatero $ADFG$ duo anguli $ADF$, $AGF$ aequales duobus rectis. sed angulus $ADB$ rectus est; ergo angulus $AGC$ est rectus, et $CG$ perpendicularis ad $AB$. et hoc est, quod uoluimus.

## XIII.

Si mutuo se secent duae lineae $AB$, $CD$ in circulo, et fuerit $AB$ diameter illius, at non $CD$, et educantur ex duobus punctis $A$, $B$ duae perpendiculares ad $CD$, quae sint $AE$, $BF$, utique abscindent ex illa $CF$, $DE$ aequales.

iungamus $EB$ et educamus ex $I$, quod est centrum,





perpendicularem $IG$ super $CD$ et producamus eam ad $H$ in $EB$. et quia $IG$ est perpendicularis ex centro ad $CD$, illam bifariam diuidet in $G$ [Eucl. III, 3]; et quia $IG$, $AE$ sunt duae perpendiculares super illam, erunt parallelae [Eucl. I, 28]. et quia $BI$ aequalis est $IA$, erit $BH$ aequalis ipsi $HE$ [Eucl. VI, 2], et propter earum aequalitatem, et quia $BF$ est parallela ipsi $HG$, erit $FG$ aequalis ipsi $GE$, et ex $GC$, $GD$ aequalibus remanent $FC$, $ED$ aequales. et hoc est, quod uoluimus.

## XIV.

Si fuerit $AB$ semicirculus, et ex eius diametro $AB$ dissectae sint $AC$, $BD$ aequales, et efficiantur super

lineas $AC$, $CD$, $DB$ semicirculi, et sit centrum duorum semicirculorum $AB$, $CD$ punctum $E$, et sit $EF$ perpendicularis super $AB$, et producatur ad $G$, utique circulus, cuius diameter est $FG$, aequalis est superficiei contentae a semicirculo maiori et a duobus semicirculis, qui sunt intra illum, et a semicirculo medio, qui est extra illum, et est figura, quam uocat Archimedes Salinon.[1])




quia $DC$ bifariam secatur in $E$, et addita est illi $CA$, erunt duo quadrata $DA$, $CA$ dupla duorum quadratorum $DE$, $EA$ [Eucl. II, 10]. sed $FG$ aequalis est ipsi $DA$.[2]) ergo duo quadrata $FG$, $AC$ dupla sunt duorum quadratorum $DE$, $EA$. et quia $AB$ dupla est $AE$, et $CD$ dupla quoque $ED$, erunt duo quadrata $AB$, $DC$ quadrupla duorum quadratorum $DE$, $EA$, immo dupla duorum quadratorum $GF$, $AC$. similiter etiam duo circuli, quorum diametri sunt $AB$, $DC$, dupli sunt eorum, quorum diametri sunt $GF$, $AC$ [p. 433, 1], et dimidii eorum, quorum diametri sunt $AB$, $CD$, aequales duobus circulis, quo-

1) Haec propositio fortasse re uera Archimedis est. quid Salinon sit, uerbum sine dubio ab Arabibus deprauatum, dubito. pro *σελίνιον* accepit Barrowius p. 275. contra Mauritius Cantor l. c. ab *σάλος* deriuat („Wellenlinie"). ipse de uerbo *σέλινον* cogitaui (ex similitudine frondis apii).


2) Nam $GF = GE + EF = AE + ED = AD$.

rum diametri sunt $GF$, $AC$. sed circulus, cuius diameter $AC$, est aequalis duobus semicirculis $AC$, $BD$. ergo si auferamus ex illis duos semicirculos $AC$, $BD$, qui sunt communes, remanet figura contenta a quattuor semicirculis $AB$, $CD$, $DB$, $AC$ (quae ea est, quam uocat Archimedes Salinon) aequalis circulo, cuius diameter est $FG$. et hoc est, quod uoluimus.

## XV.

Si fuerit $AB$ semicirculus, et $AC$ chorda pentagoni, et semissis arcus $AC$ sit $AD$, iungatur $CD$ et producatur, ut cadat super $E$, et iungatur $DB$, quae secet $CA$ in $F$, et ducatur ex $F$ perpendicularis $FG$ super $AB$: erit linea $EG$ aequalis semidiametro circuli.

iungamus itaque lineam $CB$, et sit centrum $H$, et iungamus $HD$, $DG$ et $AD$. et quia angulus $ABC$,




cuius basis est latus pentagoni, est duae quintae partes recti [Eucl. III, 20], quilibet duorum angulorum $CBD$, $DBA$ est quinta pars recti. et angulus $DHA$ duplus est anguli $DBH$ [Eucl. III, 20]; ergo angulus $DHA$ est duae quintae partes recti. et quia in duobus triangulis $CBF$, $GBF$ duo anguli $B$ sunt aequales, et $G$, $C$ recti, et latus $FB$ commune, erit $BC$

aequale ipsi $BG$ [Eucl. I, 26]. et quia in duobus triangulis $CBD$, $GBD$ duo latera $CB$, $BG$ sunt aequalia, et similiter duo anguli ad $B$, et latus $BD$ commune, erunt duo anguli $BCD$, $BGD$ aequales [Eucl. I, 4], et quilibet eorum est sex quintae partes recti[1]), et est aequalis angulo $DAE$ externo quadrilateri $BADC$, quod est in circulo.[2]) ergo remanet angulus $DAB$ aequalis angulo $DGA$, et erit $DA$ aequalis ipsi $DG$. et quia angulus $DHG$ est duae quintae partes recti, et angulus $DGH$ sex quintae partes recti, remanet angulus $HDG$ duae quintae partes recti, et erit $DG$ aequalis $GH$. et quia $ADE$ externus quadrilateri $ADCB$, quod est in circulo, est aequalis angulo $CBA$ [not. 2], et est duae quintae partes recti et aequalis angulo $GDH$. et quia in duobus triangulis $EDA$, $HDG$ sunt duo anguli $EDA$, $HDG$ aequales, et pariter duo anguli $DGH$, $DAE$, et duo latera $DA$, $DG$, erit $EA$ aequale $HG$ [Eucl. I, 26]. et ponamus $AG$ commune; erit $EG$ aequale $AH$. et hoc est, quod uoluimus.

Et hinc patet, quod linea $DE$ aequalis sit semidiametro circuli, quia angulus $A$ aequalis est angulo $DGH$[3]); ideo erit linea $DH$ aequalis lineae $DE$. et dico, quod $EC$ diuiditur media et extrema proportione[4]) in $D$, et maius segmentum est $DE$, et hoc quia $ED$

---

1) Nam $DCA = \frac{1}{2} DHA$ (Eucl. III, 20) et $FCB = 90^0$.

2) Nam
$BCD + DAB = 180^0$ (Eucl. III, 22) $= DAE + DAB$.

3) Fort. scribendum: „quia angulus $E$ aequalis est angulo $DHG$“.

4) H. e. ἄκρον καὶ μέσον λόγον, siue $EC : ED = ED : DC$ (Eucl. VI def. 3).

est chorda hexagoni [Eucl. IV, 15 πόρ.] et $DC$ decagoni, et hoc iam demonstratum est in libro elementorum.[1]) et hoc est, quod uoluimus.

1) H. e. ἐν τῇ στοιχειώσει, Eucl. elem. XIII, 9: ἐὰν ἡ τοῦ ἑξαγώνου πλευρὰ καὶ ἡ τοῦ δεκαγώνου τῶν εἰς τὸν αὐτὸν κύκλον ἐγγραφομένων συντεθῶσιν, ἡ ὅλη εὐθεῖα ἄκρον καὶ μέσον λόγον τέτμηται, καὶ τὸ μεῖζον αὐτῆς τμῆμά ἐστιν ἡ τοῦ ἑξαγώνου πλευρα.

# PROBLEMA BOUINUM.

Antiquitus clarum erat problema Archimedis de numero boum Solis (πρόβλημα βοεικόν); u. Scholia ad Platonis Charmid. 165 e: θεωρεῖ (ἡ λογιστική) οὖν τοῦτο μὲν τὸ κληθὲν ὑπ' Ἀρχιμήδους βοεικὸν πρόβλημα, τοῦτο δὲ μηλίτας καὶ φιαλίτας ἀριθμούς (cfr. Anthol. Palat. XIV, 3 et 12); cfr. Anonymus Hultschii (Heron) 9 p. 248 et Cicero ad Attic. XII, 4; XIII, 28: πρόβλημα Ἀρχιμήδειον(?). epigramma infra adlatum problema eiusmodi tractans e codice Guelferbytano (77 Gud. Graec.), primus edidit G. E. Lessingius (Sämmtliche Schriften ed. Lachmann IX p. 285 sq.), addito scholio et disputatione mathematica Chr. Leistii (ib. p. 297). deinde id ediderunt I. et K. L. Struuii (Altes griechisches Epigramm mathematischen Inhalts, Altona 1821. 8), G. Hermannus (De Archimedis problemate bouino. Lipsiae 1828. 4. cfr. Opuscula IV p. 228 et recensio I. F. Wurmii in Jahns Jahrbücher XIV p. 194, ad quam respicit Hermannus Opusc. IV praef. p. III), Terquem (Bulletin de bibliogr., d'histoire et de biogr. mathématiques I p. 121; cfr. ibid. p. 113 sq., p. 130), B. Krumbiegel (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 121 sq.). problema ipsum praeterea tractauerunt Nesselmannus: Algebra der Griechen p. 481 sq., A. I. H. Vincentius: Bulletin Terquem I p. 165 sq., II p. 39, A. Amthor: Zeitschr. f. Math. u. Physik, hist. litt. Abth. XXV p. 153 sq., quamquam nondum satis constat

quomodo Archimedes hoc problema soluerit, tamen plerique consentiunt (uelut Hermannus, Libri: hist. des mathém. en Italie I p. 206, Cantor: Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 169), eos, qui Archimedi abiudicant, quod soluere non potuerit, nimis inconsiderate egisse (uelut Struuii, Nesselmannus, Vincentius); cfr. Quaest. Arch. p. 66—68.

epigramma et scholium edidi Lessingium secutus. in notis adieci coniecturas omnes Hermanni, Struuii, Vincentii, Krumbiegelii. scripturas cod. Parisiensis nr. 2448, quas mecum communicauit Henricus Lebègue, qui meo rogatu beneuolentissime hunc codicem inuestigauit et contulit, in praefatione huius uoluminis rettuli.

## *Πρόβλημα,*

*ὅπερ Ἀρχιμήδης ἐν ἐπιγράμμασιν εὑρὼν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ περὶ ταῦτα πραγματευομένοις ζητεῖν ἀπέστειλεν ἐν τῇ πρὸς Ἐρατοσθένην τὸν Κυρηναῖον ἐπιστολῇ.*

*Πληθὺν Ἠελίοιο βοῶν, ὦ ξεῖνε, μέτρησον*
*φροντίδ᾽ ἐπιστήσας, εἰ μετέχεις σοφίης,*
*πόσση ἄρ᾽ ἐν πεδίοις Σικελῆς ποτ᾽ ἐβόσκετο νήσου*
*Θρινακίης τετραχῇ στίφεα δασσαμένη*
*χροιὴν ἀλλάσσοντα· τὸ μὲν λευκοῖο γάλακτος,*
*κυανέῳ δ᾽ ἕτερον χρώματι λαμπόμενον,*
*ἄλλο γε μὲν ξανθόν, τὸ δὲ ποικίλον. ἐν δὲ ἑκάστῳ*
*στίφει ἔσαν ταῦροι πλήθεσι βριθόμενοι*
*συμμετρίης τοιῆσδε τετευχότες· ἀργότριχας μέν*
*κυανέων ταύρων ἡμίσει ἠδὲ τρίτῳ*
*καὶ ξανθοῖς σύμπασιν ἴσους, ὦ ξεῖνε, νόησον,*
*αὐτὰρ κυανέους τῷ τετράτῳ τε μέρει*
*μικτοχρόων καὶ πέμπτῳ, ἔτι ξανθοῖσί τε πᾶσιν*
*τοὺς δ᾽ ὑπολειπομένους ποικιλόχρωτας ἄθρει*
*ἀργεννῶν ταύρων ἕκτῳ μέρει ἑβδομάτῳ τε*
*καὶ ξανθοῖς αὖτις πᾶσιν ἰσαζομένους.*
*θηλείαισι δὲ βουσὶ τάδ᾽ ἔπλετο· λευκότριχες μέν*
*ἦσαν συμπάσης κυανέης ἀγέλης*
*τῷ τριτάτῳ τε μέρει καὶ τετράτῳ ἀτρεκὲς ἶσαι·*

---

In titulo: *πραγματουμένοις* cod. Guelferb.; corr. Struuius. 1. *Ἠελίοιο*] cfr. Homeri Od. XII, 127 sq. **2.** *σωφίης* Les-

## Problema,

quod Archimedes inuenit et in epigrammate ad eos, qui Alexandriae eiusmodi rebus studebant, misit in epistula ad Eratosthenem Cyrenensem.

Multitudinem boum Solis, hospes, computato diligentiam adhibens, si sapientiae particeps es, quanta quondam in campis Thrinaciae Siculae insulae pasceretur in quattuor greges diuisa colore diuersos, unum lactis albi colore, alterum caeruleo nitentem, tertium flauum, quartum uarium. in singulis autem gregibus tauri erant numero praeualidi, hanc rationem seruantes: finge, hospes, albos numero aequales dimidiae et tertiae partibus taurorum caeruleorum et simul omnibus flauis, caeruleos autem quartae et quintae partibus uariorum et praeterea flauis omnibus. reliquos autem uarios uide sextae et septimae partibus alborum et rursus omnibus flauis aequales. in uaccis autem hae erant rationes: albae tertiae et quartae partibus totius gregis caerulei aequales erant, caeruleae autem quartae et quintae simul partibus uariorum si-

---

singius. 8. *πλήϑει* Struuius. 12. *τετάρτῳ* cod. Guelferb.; corr. Lessingius. *τε* om. cod. Guelferb.; corr. Hermannus. 13. *στικτοχρόων* Struuius. *πᾶσι* Lessingius cum Guelferb.; corr. Hermannus. 14. *ποικιλόχροας* Lessingius. 16. *αὖτις*] Hermannus; *αὐτούς* Lessingius cum Guelferb. 17—26 delet Vincentius. 19. *τετάρτῳ* cod. Guelferb.; corr. Lessingius; item lin. 20.

*αὐτὰρ κυάνεαι τῷ τετράτῳ τε πάλιν*
*μικτοχρόων καὶ πέμπτῳ ὁμοῦ μέρει ἰσάζοντο*
*σὺν ταύροις· πάσης δ' εἰς νομὸν ἐρχομένης*
*ξανθοτρίχων ἀγέλης πέμπτῳ μέρει ἠδὲ καὶ ἕκτῳ*
*ποικίλαι ἰσάριθμον πλῆθος ἔχον τετραχῇ.*
*ξανθαὶ δ' ἠριθμεῦντο μέρους τρίτου ἡμίσει ἶσαι*
*ἀργεννῆς ἀγέλης ἑβδομάτῳ τε μέρει.*
*ξεῖνε, σὺ δ' Ἠελίοιο βοῶν πόσαι ἀτρεκὲς εἰπών,*
*χωρὶς μὲν ταύρων ζατρεφέων ἀριθμόν,*
*χωρὶς δ' αὖ θήλειαι ὅσαι κατὰ χρῶμα ἕκασται,*
*οὐκ ἄιδρίς κε λέγοι' οὐδ' ἀριθμῶν ἀδαής,*
*οὐ μὴν πώ γε σοφοῖς ἐναρίθμιος. ἀλλ' ἴθι φράζευ*
*καὶ τάδε πάντα βοῶν Ἠελίοιο πάθη.*
*ἀργότριχες ταῦροι μὲν ἐπεὶ μιξαίατο πληθύν*
*κυανέοις, ἵσταντ' ἔμπεδον ἰσόμετροι*
*εἰς βάθος εἰς εὖρός τε, τὰ δ' αὖ περιμήκεα πάντη*
*πίμπλαντο πλίνθου Θρινακίης πεδία.*
*ξανθοὶ δ' αὖτ' εἰς ἓν καὶ ποικίλοι ἀθροισθέντες*
*ἵσταντ' ἀμβολάδην ἐξ ἑνὸς ἀρχόμενοι*
*σχῆμα τελειοῦντες τὸ τρικράσπεδον οὔτε προσόντων*
*ἀλλοχρόων ταύρων οὔτ' ἐπιλειπομένων.*
*ταῦτα συνεξευρὼν καὶ ἐνὶ πραπίδεσσιν ἀθροίσας*
*καὶ πληθέων ἀποδοὺς, ὦ ξένε, πάντα μέτρα*
*ἔρχεο κυδιόων νικηφόρος, ἴσθι τε πάντως*
*κεκριμένος ταύτῃ ὄμπνιος ἐν σοφίῃ.*

---

21. *στικτοχρόων* Struuius. *ἰσάζοντο. σὺν ταύροις πάσης* Vincentius; *ἰσάζοντο, σὺν ταύροις πάσης* Lessingius. 22. *πάσης — ἐρχομένης*] Lessingius; *πάσαις — ἐρχομέναις* cod. Guelferb. *πασῶν — ἐρχομένων* Struuius. *δ' εἰς*] Hermannus, *εἰς* cod. Guelferb., uulgo. 24. *τετραχῇ*] corruptum; *ἀτρεκές* Struuius; *ἔχοντ' ἀτρεκές* Vincentius. *τελέως* Krumbiegel. *ἔχον. τετραχῇ* Lessingius. 27. *πόσοι* Vincentius. *βοῶν*] Her-

mul cum tauris aequales erant, uariae numerum habebant aequalem quintae et sextae partibus totius flauorum gregis pascentis; flauae autem aequales sextae et septimae partibus gregis albi numerabantur. tu uero, hospes, diligenter indicato numero boum Solis, quot tauri robusti quotque uaccae essent singulis coloribus, non imperitus rudisque numerorum uoceris, neque tamen inter sapientes numereris. at dic age has quoque omnes boum Solis rationes: sicubi tauri albi suam multitudinem cum caeruleis coniungebant, stabant firmiter aequali in altitudinem et latitudinem mensura, et longi latique campi Thrinaciae undique solido quadrangulo complebantur. rursus autem flaui et uarii coniuncti ita stabant, ut numerus sensim ex uno adcresceret, figuram trilateram efficientes tauris ceterorum colorum neque praesentibus neque desideratis. haec si simul inueneris et mente complexus eris, hospes, omnes multitudinum mensuras indicans, uictoria gloriatus abito et putato, te ita demum sapientia praestantem esse iudicatum.

---

mannus; *βόες* cod. Guelferb., Lessingius. 28—29 delet Vincentius. 29. *χρῶμα*] Struuius; *χροίαν* cod. Guelferb., Lessingius. 31—44 delet Vincentius. *ἐναρίθμιος*] Struuius; *ἐν ἀριθμοῖς* cod. Guelferb., Lessingius. 32. *τάδε πάντα*] *τάδ' ἔτ' ἄλλα* Struuius. Wurmius has emendationes superuacuas censet, mutato *εἰπών* u. 27 in *εἶπον* (imperat.). 34. *ἔμβαδον* Vincentius. 35. *πέρι μήκεα* Hermannus. 36. *πλίνθου*] fortasse corruptum; *πλῆθος* Vincentius. *πλήθους* Krumbiegel. 39. *οὔτε — οὔτε*] *εἴτε — εἴτε* Hermannus. 44. *ταύτῃ γ'* Hermannus.

## *Σχόλιον.*

*Τὸ μὲν οὖν πρόβλημα διὰ τοῦ ποιήματος ὁ Ἀρχιμήδης ἐδήλωσε σαφῶς. ἰστέον δὲ τὸ λεγόμενον, ὅτι τέσσαρας ἀγέλας εἶναι δεῖ βοῶν· λευκοτρίχων μὲν μίαν ταύρων καὶ θηλειῶν, ὧν τὸ πλῆθος ὁμοῦ συνάγει μυριάδας διπλᾶς ιδ' καὶ ἁπλᾶς φπβ' καὶ μονάδας ,ζτξ'· κυανοχρόων δ' ἄλλην ὁμοῦ ταύρων καὶ θηλειῶν, ὧν τὸ πλῆθός ἐστι μυριάδων διπλῶν ἐννέα καὶ ἁπλῶν ,ηωλ' καὶ μονάδων ω'. μιξοτρίχων δ' ἄλλην ταύρων καὶ θηλειῶν, ὧν τὸ πλῆθός ἐστι μυριάδων διπλῶν η' καὶ ἁπλῶν ,ϛϠϙα' καὶ μονάδων υ'· τῆς δὲ λοιπῆς ἀγέλης τῶν ξανθοχρόων*[1]) *συνάγει τὸ πλῆθος διπλᾶς μυριάδας ζ' καὶ ἁπλᾶς ,ϛψη', μονάδας δὲ ,η'. ὥστε συνάγεσθαι ὁμοῦ τὸ πλῆθος τῶν δ' ἀγελῶν μυριάδας διπλᾶς μ' καὶ ἁπλᾶς ,γριβ' καὶ μονάδας ,ϛφξ'. καὶ ἡ μὲν ἀγέλη τῶν λευκοτρίχων ταύρων ἔχει μυριάδας διπλᾶς η' καὶ ἁπλᾶς ,βϠλα' καὶ μονάδας ,ηφξ', θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς ε' καὶ ἁπλᾶς ,ζχν' καὶ μονάδας ,ηω'· ἡ δὲ ἀγέλη τῶν κυανοχρόων ταύρων ἔχει μὲν μυριάδας διπλᾶς ε' καὶ ἁπλᾶς ,θχπδ' καὶ μονάδας ,αρκ', θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς γ' καὶ ἁπλᾶς ,θρμε' καὶ μονάδας ,θχπ'· ἡ δ' ἀγέλη τῶν ποικιλοτρίχων ταύρων ἔχει μὲν μυριάδας διπλᾶς ε' καὶ ἁπλᾶς ,ηωξδ' καὶ μονάδας ,δω', θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς β' καὶ ἁπλᾶς ,ηρκϛ' καὶ μονάδας ,εχ'·*[2]) *ἡ δ' ἀγέλη τῶν ξανθοχρωμάτων ταύρων ἔχει μὲν μυριάδας διπλᾶς γ' καὶ ἁπλᾶς ,γρϙε' καὶ μονάδας Ϡξ', θηλειῶν δὲ μυριάδας διπλᾶς δ' καὶ*

---

1) **ξανθοτρίχων** Hermannus.
2) ,εχ'] ,θχ' cod. Guelferb.; corr. Lessingius.

*ἁπλᾶς ͵γφιγ΄ καὶ μονάδας ͵ζμ΄. καί ἐστι τὸ πλῆθος τῶν λευκοτρίχων ταύρων ἴσον τῷ ἡμίσει καὶ τρίτῳ μέρει τοῦ πλήθους τῶν κυανοχρόων ταύρων καὶ ἔτι ὅλῃ τῇ τῶν ξανθοχρωμάτων ἀγέλῃ, τὸ δὲ πλῆθος τῶν κυανοχρωμάτων ἴσον τῷ τετάρτῳ καὶ πέμπτῳ μέρει τῶν ποικιλοτρίχων[1]) ταύρων καὶ ὅλῳ τῷ πλήθει τῶν ξανθοχρωμάτων, τὸ δὲ πλῆθος τῶν ποικιλοτρίχων ταύρων ἴσον τῷ ἕκτῳ καὶ ἑβδόμῳ μέρει τῶν λευκοτρίχων ταύρων καὶ ἔτι τῷ πλήθει ὅλῳ ξανθοχρωμάτων ταύρων, καὶ πάλιν τὸ πλῆθος τῶν λευκῶν θηλειῶν ἴσον τῷ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ μέρει ὅλης τῆς ἀγέλης τῶν κυανοχρόων, τὸ δὲ τῶν κυανοχρόων ἴσον τῷ τετάρτῳ καὶ πέμπτῳ μέρει τῆς ὅλης ἀγέλης τῶν ποικιλοτρίχων, τὸ δὲ τῶν ποικιλοτρίχων ἴσον τῷ πέμπτῳ καὶ ἕκτῳ μέρει τῆς ὅλης τῶν ξανθῶν βοῶν. πάλιν δὲ τὸ τῶν ξανθῶν θηλειῶν πλῆθος ἦν ἴσον τῷ ἕκτῳ τε[2]) καὶ ἑβδόμῳ μέρει τῆς ὅλης ἀγέλης τῶν λευκῶν βοῶν. καὶ ἡ μὲν ἀγέλη τῶν λευκοτρίχων ταύρων καὶ ἡ τῶν κυανοχρόων ταύρων συντεθεῖσα ποιεῖ τετράγωνον ἀριθμόν, ἡ δ' ἀγέλη τῶν ξανθοτρίχων ταύρων μετὰ τῆς ἀγέλης τῶν ποικιλοχρόων συντεθεῖσα ποιεῖ τρίγωνον, ὡς ἔχει τὰ τῶν ὑποκειμένων κανόνων καθ' ἕκαστον χρῶμα.*

---

1) *ποικιλοχρόων* Hermannus.
2) *τε* om. Hermannus.

# FRAGMENTA.

Omissis libris, qui ab Arabibus solis commemorantur, de quibus u. Quaest. Arch. p. 29—30, hoc loco omnia testimonia et fragmenta librorum Archimedis, qui interciderunt, quae quidem inuenire potuerim, collegi; pleraque indicaui Quaest. Arch. p. 30 sq.

## De polyedris.

1 Pappus V, 34 p. 352: *ταῦτα δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὰ παρὰ τῷ θειοτάτῳ Πλάτωνι πέντε σχήματα, τουτέστιν τετράεδρόν τε καὶ ἑξάεδρον, ὀκτάεδρόν τε καὶ δωδεκάεδρον, πέμπτον δ' εἰκοσάεδρον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ Ἀρχιμήδους εὑρεθέντα τρισκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ὑπὸ ἰσοπλεύρων μὲν καὶ ἰσογωνίων, οὐχ ὁμοίων δὲ πολυγώνων περιεχόμενα.*

*τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ὀκτάεδρόν ἐστιν περιεχόμενον ὑπὸ τριγώνων δ' καὶ ἑξαγώνων δ'.*

*τρία δὲ μετὰ τοῦτο τεσσαρεσκαιδεκάεδρα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις η' καὶ τετραγώνοις ς', τὸ δὲ δεύτερον τετραγώνοις ς' καὶ ἑξαγώνοις η', τὸ δὲ τρίτον τριγώνοις η' καὶ ὀκταγώνοις ς'.*

*μετὰ δὲ ταῦτα ἑκκαιεικοσάεδρά ἐστιν δύο, ὧν το μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις η' καὶ τετραγώνοις ιη', τὸ δὲ δεύτερον τετραγώνοις ιβ', ἑξαγώνοις η' καὶ ὀκταγώνοις ς'.*

*μετὰ δὲ ταῦτα δυοκαιτριακοντάεδρά ἐστιν τρία, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις κ' καὶ πενταγώ-*

*νοις ιβʹ, τὸ δὲ δεύτερον πενταγώνοις ιβʹ καὶ ἑξαγώνοις κʹ, τὸ δὲ τρίτον τριγώνοις κʹ καὶ δεκαγώνοις ιβʹ.*

*μετὰ δὲ ταῦτα ἕν ἐστιν ὀκτωκαιτριακοντάεδρον περιεχόμενον ὑπὸ τριγώνων λβʹ καὶ τετραγώνων ϛʹ.*

*μετὰ δὲ τοῦτο δυοκαιεξηκοντάεδρά ἐστι δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχεται τριγώνοις κʹ καὶ τετραγώνοις λʹ καὶ πενταγώνοις ιβʹ, τὸ δὲ δεύτερον τετραγώνοις λʹ καὶ ἑξαγώνοις κʹ καὶ δεκαγώνοις ιβʹ.*

*μετὰ δὲ ταῦτα τελευταῖόν ἐστιν δυοκαιενενηκοντάεδρον, ὃ περιέχεται τριγώνοις πʹ καὶ πενταγώνοις ιβʹ.*

*ὅσας δὲ γωνίας ἕκαστον ἔχει στερεὰς τῶν ιγʹ τούτων σχημάτων πολυέδρων καὶ ὅσας πλευράς, διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου θεωρεῖται· ὅσων μὲν γὰρ ἁπλῶς πολυέδρων αἱ στερεαὶ γωνίαι τρισὶν ἐπιπέδοις περιέχονται γωνίαις, ἐξαριθμηθεισῶν τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν, ἃς ἔχουσιν πᾶσαι αἱ ἕδραι τοῦ πολυέδρου, δῆλον, ὡς ὁ τῶν στερεῶν γωνιῶν ἀριθμος τρίτον μέρος ἐστὶ τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ· ὅσων δὲ πολυέδρων ἡ στερεὰ γωνία περιέχεται τέσσαρσιν ἐπιπέδοις, ἐξαριθμηθεισῶν πασῶν τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν, ἃς ἔχουσιν αἱ ἕδραι τοῦ πολυέδρου, τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ τὸ τέταρτον μέρος ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς ὁ τῶν στερεῶν γωνιῶν τοῦ πολυέδρου. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσων πολυέδρων ἡ στερεὰ γωνία περιέχεται ὑπὸ εʹ γωνιῶν ἐπιπέδων, τὸ πέμπτον τοῦ πλήθους τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν ἐστιν ὁ ἀριθμὸς τοῦ πλήθους τῶν στερεῶν γωνιῶν.*

*τῶν δὲ πλευρῶν τὸ πλῆθος, ἃς ἕκαστον ἔχει τῶν πολυέδρων, τόνδε τὸν τρόπον εὑρήσομεν. ἐξαριθμηθεισῶν γὰρ πασῶν τῶν πλευρῶν, ἃς ἔχει τὰ ἐπίπεδα τὰ περιέχοντα τὸ πολύεδρον, ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν δῆλον ὡς ἴσος ἐστὶν τῷ πλήθει τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν. ἀλλ'*

ἐπειδὴ δύο ἐπιπέδων ἑκάστη τῶν πλευρῶν αὐτοῦ κοινή ἐστιν, δῆλον, ὅτι τοῦ πλήθους τὸ ἥμισυ αἱ πλευραί εἰσι τοῦ πολυέδρου.

τὸ μὲν οὖν πρῶτον τῶν ἀνομοιογενῶν ιγ΄ πολυέδρων ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις δ΄ καὶ ἑξαγώνοις δ΄, γωνίας μὲν ἔχει στερεὰς ιβ΄, πλευρὰς δὲ ιη΄. τῶν μὲν γὰρ τεσσάρων τριγώνων αἵ τε γωνίαι ιβ΄ εἰσιν καὶ αἱ πλευραὶ ιβ΄, τῶν δὲ δ΄ ἑξαγώνων αἵ τε γωνίαι κδ΄ εἰσιν καὶ αἱ πλευραὶ κδ΄. γενομένου δὴ τοῦ ἀριθμοῦ παντὸς λϛ΄ ἀναγκαῖόν ἐστιν τὸν μὲν τῶν στερεῶν γωνιῶν ἀριθμὸν τρίτον μέρος εἶναι τοῦ προειρημένου ἀριθμοῦ, ἐπεὶ καὶ ἑκάστη τῶν στερεῶν αὐτοῦ γωνιῶν ἐπιπέδοις γωνίαις περιέχεται γ΄, τὸ δὲ τῶν πλευρῶν πλῆθος τὸ ἥμισυ τοῦ ἀριθμοῦ τουτέστιν τοῦ λϛ΄, ὥστε εἶναι πλευρὰς ιη΄.

τῶν δὲ τετρακαιδεκαέδρων τὸ πρῶτον περιέχεται τριγώνοις η΄ καὶ τετραγώνοις ϛ΄, ὥστε ἔχειν στερεὰς μὲν γωνίας ιβ΄ (ἑκάστη γὰρ αὐτοῦ γωνία ὑπὸ τεσσάρων ἐπιπέδων γωνιῶν περιέχεται), πλευρὰς δὲ ἔχει κδ΄. τὸ δὲ δεύτερον τῶν τετρακαιδεκαέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τετραγώνοις ϛ΄ καὶ ἑξαγώνοις η΄, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ΄ (ἑκάστη γὰρ τῶν γωνιῶν αὐτοῦ περιέχεται ὑπὸ γ΄ γωνιῶν ἐπιπέδων), πλευρὰς δὲ ἔχει λϛ΄.[1])

τῶν δὲ ἑκκαιεικοσαέδρων τὸ μὲν πρῶτον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε η΄ καὶ τετραγώνοις ιη΄, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ΄, πλευρὰς δὲ μη΄. τὸ δὲ δεύτερον τῶν

1) Lacunam cum Eisenmanno sic expleuit Hultschius: τὸ δὲ τρίτον τῶν τετρακαιδεκαέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις η΄ καὶ ὀκταγώνοις ϛ΄, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ΄, πλευρὰς δὲ λϛ΄. aliter scholiastes; u. p. 463.

ἑκκαιεικοσαέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τετραγώνοις ιβʹ καὶ ἑξαγώνοις ηʹ καὶ ὀκταγώνοις ϛʹ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας μηʹ, πλευρὰς δὲ οβʹ.

τῶν δὲ δυοκαιτριακονταέδρων τὸ μὲν πρῶτον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε κʹ καὶ πενταγώνοις ιβʹ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας λʹ, πλευρὰς δὲ ξʹ. τὸ δὲ δεύτερον τῶν δυοκαιτριακονταέδρων, ἐπεὶ περιέχεται πενταγώνοις ιβʹ καὶ ἑξαγώνοις κʹ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξʹ, πλευρὰς δὲ ϙʹ. τὸ δὲ τρίτον τῶν δυοκαιτριακονταέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε κʹ καὶ δεκαγώνοις ιβʹ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξʹ, πλευρὰς δὲ ϙʹ.

τὸ δὲ ὀκτωκαιτριακοντάεδρον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε λβʹ καὶ τετραγώνοις ἕξ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδʹ, πλευρὰς δὲ ξʹ.

τῶν δὲ δυοκαιεξηκονταέδρων τὸ μὲν πρῶτον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε κʹ καὶ τετραγώνοις λʹ καὶ πενταγώνοις ιβʹ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξʹ, πλευρὰς δὲ ρκʹ. τὸ δὲ λοιπὸν τῶν δυοκαιεξηκονταέδρων, ἐπεὶ περιέχεται τετραγώνοις λʹ καὶ ἑξαγώνοις κʹ καὶ δεκαγώνοις ιβʹ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ρκʹ, πλευρὰς δὲ ρπʹ.

τὸ δὲ δυοκαιενενηκοντάεδρον, ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις τε πʹ καὶ πενταγώνοις ιβʹ, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας ξʹ, πλευρὰς δὲ ρνʹ.

Haec omnia sine dubio iam ipse Archimedes proposuerat. cfr. de his polyedris Keppler: Harmon. mundi p. 62.

Scholia Uaticana in Pappum III p. 1171[1]: 2

αʹ. ὀκτάεδρον ἔχει τρίγωνα δʹ, ἑξάγωνα δὲ δʹ, πλευρὰς ιηʹ, γωνίας δὲ στερεὰς ιβʹ, ἑκάστη δὲ στερεὰ

1) Hoc scholium in cod. Uaticano prauo ordine scriptum

γωνία περιέχεται ὑπὸ γ′ γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο μὲν ἑξαγωνικαί, μία δὲ τριγωνική, ὥστε λείπειν τῶν δ′ ὀρθῶν μιᾶς ὀρθῆς γωνίας δύο τριτημορίοις. τοῦτο γεννᾶται ἐκ τῆς πρώτης πυραμίδος διαιρουμένων τῶν πλευρῶν αὐτῆς εἰς γ′ ἴσα καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐπιπέδων ἐκβαλλομένων καὶ τῶν γωνιῶν ἐκπιπτουσῶν.

β′. τεσσαρεςκαιδεκάεδρον (scil. τὸ πρῶτον) περιέχεται ὑπὸ μὲν τριγώνων η′, ὑπὸ δὲ τετραγώνων ϛ′, ἔχει δὲ πλευρὰς κδ′, γωνίας δὲ στερεὰς ιβ′, ἑκάστη δὲ στερεὰ γωνία περιέχεται ὑπὸ δ′ γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο μὲν τετραγωνικαί, β′ δὲ τριγωνικαί, ὥστε λείπειν τῶν δ′ ὀρθῶν μιᾶς γωνίας ὀρθῆς δύο τριτημορίοις. τοῦτο γεννᾶται ἐκ τοῦ κύβου διαιρουμένων δίχα τῶν πλευρῶν αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐπιπέδων ἐκβαλλομένων, τῶν η′ γωνιῶν ἐκπιπτουσῶν.

γ′. τεσσαρεσκαιδεκάεδρον (scil. τὸ δεύτερον) περιέχεται ὑπὸ μὲν τετραγώνων ϛ′, ὑπὸ δὲ ἑξαγώνων η′, ἔχει δὲ πλευρὰς λϛ′, γωνίας δὲ στερεὰς κδ′, ἑκάστη δὲ στερεὰ γωνία περιέχεται ὑπὸ γ′ γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο μὲν ἑξαγωνικαί, μία δὲ τετραγωνική. τοῦτο γεννᾶται ἐκ τοῦ ὀκταέδρου τεμνομένης τρίχα ἑκάστης τῶν αὐτοῦ πλευρῶν καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐπιπέδων ἐκβαλλομένων καὶ τῶν ϛ′ γωνιῶν ἐκπιπτουσῶν.

δ′. τὸ δὲ τρίτον (scil. τῶν τετρακαιδεκαέδρων), ἐπεὶ περιέχεται τριγώνοις η′ καὶ ὀκταγώνοις ϛ′, ἕξει στερεὰς μὲν γωνίας κδ′ (ἑκάστη δὲ περιέχεται

---

digessit Hultschius, quem secuti sumus, nisi quod δ′ lin. 1—5 suo loco reposuimus (cfr. III p. 1170).

*ὑπὸ γʹ γωνιῶν ἐπιπέδων, ὧν δύο ὀκταγωνικαί, μία δὲ τριγωνική), πλευρὰς δὲ ἔχει λϛʹ.*[1]) *τοῦτο γεννᾶται ἐκ τοῦ κύβου τεμνομένης ἑκάστης αὐτοῦ πλευρᾶς οὕτως, ὥστε γίνεσθαι τρία τμήματα, ὧν τὸ μέσον ἑκατέρου τῶν ἄκρων διπλάσιόν ἐστιν δυνάμει.*

εʹ. *ἑκκαιεικοσάεδρον* (scil. *τὸ πρῶτον*) *γεννᾶται ἐκ τοῦ τεσσαρεσκαιδεκαέδρου τοῦ περιεχομένου ὑπὸ ηʹ τριγώνων καὶ ϛʹ τετραγώνων, τεμνομένης ἑκάστης αὐτοῦ πλευρᾶς δίχα καὶ διὰ τῶν τομῶν ἐκβαλλομένων ἐπιπέδων καί* †.

Originem huius fragmenti Archimedeam agnouit Hultschius III p. 1241.

Hinc satis adparet, Heronem definit. 101 p. 29 3
male narrare: *Ἀρχιμήδης δὲ τρισκαίδεκα ὅλα* (*ὅλως*?)
*φησὶν εὑρίσκεσθαι σχήματα δυνάμενα ἐγγραφῆναι τῇ σφαίρᾳ προστιθεὶς ὀκτὼ μετὰ τὰ εἰρημένα πέντε.* non octo, sed tredecim noua polyedra Platonicis quinque adiecit Archimedes, quae omnia, ut illa quinque, sphaerae inscribi possunt.

Ad hunc librum Archimedis spectare puto Simpli- 4
cium in Aristot. IV p. 494 a (ed. Berol.): *ἐλαχίστη δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό, τουτέστι τῶν σχῆμα περιεχουσῶν τι καὶ ὁριζουσῶν διαστάσεων, ἐν μὲν ἐπιπέδοις ἡ κυκλική, ἐν δὲ στερεοῖς ἡ σφαιρική, διότι δέδεικται καὶ πρὸ Ἀριστοτέλους μὲν πάντως, εἴπερ αὐτὸς ὡς δεδειγμένῳ συγκέχρηται, καὶ παρὰ Ἀρχιμήδους καὶ παρὰ Ζηνοδώρου πλατύτερον, ὅτι τῶν ἰσοπεριμέτρων σχημάτων πολυχωρητότερός ἐστιν ἐν μὲν τοῖς ἐπιπέδοις ὁ κύκλος, ἐν δὲ τοῖς στερεοῖς ἡ σφαῖρα.*

1) His uerbis scholiastes expleuerat lacunam p. 460 not. 1.

5 Eadem fere habet Proclus in Timaeum p. 384: *τοσοῦτον δὲ ὅμως ἱστορητέον, ὅτι τῶν ἰσοπλεύρων τε καὶ ἰσογωνίων καὶ ἴσην περίμετρον ἐχόντων τὸ πολυγωνότερον μεῖζον ἀποδείξαντες πρῶτον καὶ τὸν κύκλον ἑξῆς μείζονα οὐ τῶν ἰσοπλεύρων καὶ ἰσογωνίων, ἰσοπεριμέτρων δέ, δεικνῦσι καὶ τὴν σφαῖραν τῶν ἴσην ἐπιφάνειαν ἐχόντων στερεῶν σωμάτων ἑπομένως μείζονα καὶ διαφερόντως τῶν παρὰ Πλάτωνι λεγομένων πολυέδρων ἰσοπλεύρων καὶ ἰσογωνίων, τὰ μὲν χρώμενοι τοῖς παρὰ τῷ Εὐκλείδῃ δειχθεῖσι, τὰ δὲ τοῖς παρὰ τῷ Ἀρχιμήδει.*

fieri tamen potest, ut his duobus locis (4—5) tantum ad dimensionem circuli et librum I de sphaera et cylindro respicitur.

## Appendix libri II de sphaera et cylindro.

6 Archimedes uol. I p. 214, de sph. et cyl. II, 4 solutionem problematis: *δύο δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΔΒ, ΒΖ καὶ διπλασίας οὔσης τῆς ΔΒ τῆς ΒΖ καὶ σημείου ἐπὶ τῆς ΒΖ τοῦ Θ τεμεῖν τὴν ΔΒ κατὰ τὸ Χ καὶ ποιεῖν, ὡς τὸ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΧ, τὴν ΧΖ πρὸς ΖΘ* et uniuersalis et specialis daturum se promittit (p. 214, 25), sed solutio intercidit. postea uero Eutocius eam inuenit et suis uerbis proposuit Comm. ad librum de sph. et cyl. II, 4. cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 51 not.

## *Ἀρχαί.*

7 Archimedes *Ψαμμίτ.* I, 7 (uol. II p. 246): *καὶ οὕτως τινὰς δειχθήσειν τῶν ἐν Ἀρχαῖς τὰν κατονομα-*

*ξίαν ἐχόντων ὑπερβαλλόντας τῷ πλήθει τὸν ἀριθμὸν τοῦ ψάμμου.* cfr. I, 3 p. 242: *τῶν ὑφ' ἁμῶν κατωνομασμένων ἀριθμῶν καὶ ἐνδεδομένων ἐν τοῖς ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένοις.* summam huius libri habemus *Ψαμμ.* III, 1—4 p. 266 sq. (III, 1 p. 266, 12: *τῷ βιβλίῳ τῷ ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένῳ*).

## *Ἐφόδιον.*

Suidas s. u. *Θεοδόσιος* p. 495, 1 ed. Bekker: *Θεο-* 8
*δόσιος φιλόσοφος ἔγραψε . . ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους Ἐφόδιον.*

## *Περὶ ζυγῶν.*

Pappus VIII, 24 p. 1068: *ἀπεδείχθη γὰρ ἐν τῷ* 9
*περὶ ζυγῶν Ἀρχιμήδους καὶ τοῖς Φίλωνος καὶ Ἥρωνος μηχανικοῖς, ὅτι οἱ μείζονες κύκλοι κατακρατοῦσιν τῶν ἐλασσόνων κύκλων, ὅταν περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον ἡ κύλισις αὐτῶν γίνηται.*

Pappus VIII, 19 p. 1060: *τῆς αὐτῆς δέ ἐστιν θεω-* 10
*ρίας τὸ δοθὲν βάρος τῇ δοθείσῃ δυνάμει κινῆσαι· τοῦτο γὰρ Ἀρχιμήδους μὲν εὕρημα λέγεται μηχανικόν, ἐφ' ᾧ λέγεται εἰρηκέναι· δός μοί, φησι, ποῦ στῶ, καὶ κινῶ τὴν γῆν.* cfr. Quaest. Arch. p. 10 not. 6.

Archimedes *ἐπιπ. ἰσορρ.* I, 4 p. 148: *ὅτι γάρ ἐστιν* 11
*ἐπὶ τᾶς ΑΒ, προδεδείκται.* cfr. I, 13 p. 182, 3; II, 2 p. 194, 6; II, 5 p. 204, 10.

Archimedes *τετραγ. παραβ.* 6 p. 306, 23: *ἕκαστον γὰρ* 12
*τῶν κρεμαμένων, ἐξ οὗ σαμείου κα κατασταθῇ, μένει, ὥστε κατὰ κάθετον εἶμεν τό τε σαμεῖον τοῦ κρεμαστοῦ*

καὶ τὸ κέντρον τοῦ βάρεος τοῦ κρεμαμένου. δεδείκται γὰρ καὶ τοῦτο.

In hoc libro sine dubio definitionem centri grauitatis dederat, quae in libris de planorum aequilibriis desideratur.

## Κατοπτρικά.

13 Theon in Ptolemaei συντ. I p. 10 ed. Basil.: καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς (τῆς ὄψεως) ἐπὶ τὸν ἀέρα προσπιπτουσῶν ἀκτίνων κλάσιν ὑπομενουσῶν καὶ μείζονα ποιουσῶν τὴν πρὸς τῇ ὄψει γωνίαν, καθὰ καὶ Ἀρχιμήδης ἐν τοῖς περὶ κατοπτρικῶν ἀποδεικνύων φησίν, ὅτι [καθάπερ][1]) καὶ τὰ εἰς ὕδωρ ἐμβαλλόμενα μείζονα φαίνεται, καὶ ὅσῳ κάτω χωρεῖ, μείζονα. et paullo infra: καὶ κεκλάσθωσαν ἐπὶ τὰ *A*, *B*, ὡς *ΕΘΑ*, *ΕΚΒ*, καθὰ καὶ Ἀρχιμήδης ἐν τοῖς περὶ κατοπτρικῶν, ὡς ἔφαμεν.


14 Olympiodorus in Aristotelis Meteorolog. II p. 94 ed. Ideler: ἄλλως τε καὶ Ἀρχιμήδης αὐτὸ τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι κλᾶται ἡ ὄψις, ἐκ τοῦ δακτυλίου τοῦ ἐν ἀγγείῳ βαλλομένου.

15 Georgius Ualla de expetendis et fugiendis rebus XV. 2[2]): Sane Archimedes inquit, quod *f* angulus ipsi *e* aut aequalis est aut minor aut maior. sit sane

1) Delendum puto.

2) Hunc uirum codices Graecos habuisse, qui nunc uel lateant uel interciderint, breui spero, me pluribus demonstraturum. quamquam hoc fragmentum ita mutilum est ac deprauatum, ut neque sententia constet neque dignoscatur, quantum eius Archimedi tribuendum sit, tamen reiiciendum non existimaui. non dubito, quin Graece inueniri possit in aliquo codice catoptricorum Euclidis scholiis instructo.

prius maior *f* quam *e*. ponatur itaque oculus *d*, et




ab oculo rursus refringatur in rem uisam *b*. erit igitur *e* angulus maior quam *f*. atqui erat minor, quod plane absurdum est, uel quod ceratoides angulus omni angulo minor, uel si a centro iungamus ad contactum, totus qui est sub *kl*, aequalis erit qui semicirculi ei qui est semicirculi aequalis superimpositus et ei accommodatus. reliquus igitur *h* ipsi *l* aequalis. sumpto *e* non amplius spectatur spectatum, quod plane extrorsus spectatur *d*. censetur uero spectari incoincidentia. ipso *e* sumpto non amplius spectatur spectatum, quod est *d*, quod certe spectatur in loco e regione posito ipsius *b*. apparens autem in coincidentia.

Apuleius Apolog. 16: alia praeterea eius modi plu- 16
rima (sc. de speculis), quae tractat ingenti uolumine Archimedes Syracusanus. cfr. Tzetzes Chiliad. XII, 973: *κατόπτρων τὰς ἐξάψεις* (inter scripta Archimedis relatum).

## *Περὶ σφαιροποιίας.*

Carpus apud Pappum VIII, 3 p. 1026: *Κάρπος δὲ* 17
*πού φησιν ὁ Ἀντιοχεὺς Ἀρχιμήδη τὸν Συρακόσιον ἓν μόνον βιβλίον συντεταχέναι μηχανικὸν τὸ κατὰ τὴν σφαιροποιίαν, τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν ἠξιωκέναι συντάξαι.* cfr. Proclus in Eucl. p. 41, 16: *ἡ σφαιροποιία κατὰ μίμησιν τῶν οὐρανίων περιφορῶν, οἵαν καὶ Ἀρχιμήδης ἐπραγματεύσατο.* huc refero Macrobii locum in Somn. Scipion. II, 3: et Archimedes quidem stadiorum numerum deprehendisse se credidit,

quibus a terrae superficie luna distaret et a luna Mercurius, a Mercurio Venus, sol a Venere, Mars a sole, a Marte Iupiter, Saturnus a Ioue; sed et a Saturni orbe usque ad ipsum stelliferum caelum omne spatium se ratione emensum putauit. quae tamen Archimedis dimensio a Platonicis repudiata est quasi dupla et tripla interualla non seruans.

### De anni magnitudine.

18 Hipparchus apud Ptolemaeum *συντ.* I p. 153 ed. Halma: *ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν τηρήσεων δῆλον, ὅτι μικραὶ παντάπασιν γεγόνασιν αἱ τῶν ἐνιαυτῶν διαφοραί· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν τροπῶν οὐκ ἀπελπίζω καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν Ἀρχιμήδη καὶ ἐν τῇ τηρήσει καὶ ἐν τῷ συλλογισμῷ διαμαρτάνειν καὶ ἕως τετάρτου μέρους ἡμέρας.* cfr. Ammianus Marcellinus XXVI, 1, 8: spatium anni uertentis id esse periti mundani motus et siderum definiunt ueteres, inter quos Meton et Euctemon et Hipparchus et Archimedes excellunt, cum sol perenni rerum sublimium lege polo percurso signifero, quem Zodiacum sermo Graecus adpellat, trecentis et sexaginta quinque diebus emensis et noctibus ad eundem redierit cardinem.

τῆς τοῦ πολυγώνου καθέτου ἠγμένης. ἐν γὰρ σφαίρᾳ, ἐν ᾗ ἐστιν μέγιστος κύ-
κλος, ἐν τμήματι ἔστω ἡμικυκλίου τὸ ΑΒΓ, οὗ κέντρον τὸ Ε, καὶ ἐγγεγρά-
φθω εἰς τὸ ΑΒΓ τμῆμα πολύγωνον ἀρτιόπλευρον χωρὶς τῆς ΑΓ ὁμοίως τοῖς
πρότερον, καὶ μενούσης τῆς ΒΔ περιενεχθεῖσα ἡ σφαῖρα ποιείτω σχῆ-
μα τι ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον, καὶ ἀπὸ τοῦ κύκλου τοῦ περὶ
διάμετρον τὴν ΑΓ κῶνος ἀναγεγράφθω κορυφὴν ἔχων τὸ κέντρον· καὶ γεγρά-
φθω κῶνος ὁ Κ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ τὴν
ἀπὸ τοῦ Ε κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου κάθετον ἠγμένην. δεικτέον,
ὅτι ὁ Κ κῶνος ἴσος τῷ περιεχομένῳ τμήματι σὺν τῷ κώνῳ τῷ ΑΕΓ. ἀνα-
γεγράφθωσαν δὲ καὶ κῶνοι ἀπὸ τῶν κύκλων τῶν περὶ διαμέτρους τὰς ΘΖ
ΚΙ κορυφὴν ἔχοντες τὸ Ε σημεῖον. ὁ ἄρα ὁ μὲν ΗΒΘΕ ῥόμβος στερεὸς
ἴσος κώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΗΒΘ κώνου, τὸ ὕψος δὲ
τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΗΒ ἀγομένῃ καθέτῳ. τὸ δὲ περίλειμμα τὸ περι-
εχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν
κατὰ τὰς ΗΘ ΖΛ καὶ τῶν κωνικῶν τῶν ΖΕΛ ΗΕΘ ἴσον κώνῳ, οὗ ἡ βάσις μὲν
ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ
τὰς ΗΘ ΖΛ, ὕψος δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΖΗ κάθετον ἠγμένην. ἀλλὰ καὶ
τὸ περίλειμμα τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν
παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΖΛ ΑΓ καὶ τῶν κωνικῶν τῶν ΑΕΓ ΖΕΔ
ἴσον κώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλή-
λων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΖΛ ΑΓ, ὕψος δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΖΑ καθέτος
ἠγμένη. οἱ εἰρημένοι κῶνοι οὖν ἴσοι ἔσονται τῷ σχήματι καὶ μετὰ τοῦ
ΑΕΓ κώνου. καὶ ὕψος μὲν ἔχουσι τὴν ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυ-
γώνου κάθετον ἠγμένην, τὰς δὲ βάσεις ἴσας τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΖΗΒΛΓ
σχήματος. ἔχει δὲ καὶ ὁ Κ κῶνος τὸ αὐτὸ ὕψος καὶ βάσιν ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχή-
ματος. ἴσος ἄρα ὁ κῶνος τοῖς εἰρημένοις κώνοις. οἱ δὲ εἰρημένοι κῶνοι ἐ-
δείχθησαν ἴσοι τῷ σχήματι καὶ τῷ ΑΕΓ κώνῳ. καὶ ὁ Κ ἄρα κῶνος ἴσος τῷ τε
7 σχήματι καὶ τῷ ΕΑΓ κώνῳ. ἐκ δὴ τούτου φανερόν, ὅτι ὁ κῶνος ὁ βάσιν μὲν μα
ἔχων τὸν κύκλον, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος
ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένην τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος ...